HIERONYMVS TORNIELLVS.

PERVTILIA, AC SVBTILISSIMA
Commentaria in § cum ita. L. hæredes mei. ff. ad Se-
natuſconſultum Trebellianum, Excellentiſs.
Iuriſcon. Domini Hieronymi Tornielli
Nouarien. in Celeberrimo Ticinē-
ſi Gymnaſio nunc ius Cæſa-
reum à veſperis pro-
fitentis.



PATAVII,

Laurentius Paſquatus Excudebat,

M D L X V I I I.

SOLENNIS REPETITIO §. CVM ITA l. hæredes mei. ff ad ſenatuſcon. trebell. Clariſſimi Iurecon. Domini Hieronymi Tornielli Nouarien in Patauino Gymnaſio Iuris Cæſarei ueſpertini interpretis.

SVMMARIVM.

1 *QVANDO Verba fideicōmiſſariæ ſubſtitutionis factæ duobus uel pluribus præciſe ſignificent plures ſubſtitutiones uidelicet unam in portione, ſeu perſona ſingulorum, ſemper exiſtente conditione in perſonas unius habebit effectum ſubſtitutio, & tribus ſeq.*

2 *An ex ſignificatione uerborum, exiſtente conditione in perſona unius, habebit effectum ſubſtitutio, ubi dictū foret, ſi uterq; deceſſerit grauo titium reſtituere, & Seium reſtituere, cum duobus ſeq. & nu 91.*

3 *Quod ubi à principio diſpoſitio diuiditur, & diſtribuitur in duas diſpoſitiones, ſemper conditio diuidatur, & diſtribuatur in duas conditiones, & nu. 18.*

4 *Quem ſenſum habeant iſtæ conditiones, ſi uterq;, uel ſi ambo, uel ſi omnes, & quando intelligi debeant, quod ſtent uniuerſaliter, & collectiue ſolum quoad omnes, quibus fit ſubſtitutio, ſed quo ad ſingulos intelligantur diuiſiue ſeu diſtributiue, & nu. 19.*

5 *Quando uerba fideicom. ſubſtitutionis ex propria ſignificatione utrunq; poſſunt ſignificare; uidelicet plures ſubſtitutiones, id eſt unam in portione, & perſona ſingulorum, & unam tantum communem omnibus, quibus fit ſubſtitutio, regulariter intelligētur plures ſubſtitutiones, & exiſtente conditione in perſona unius habebit effectum ſubſtitutio, niſi ſubſit aliqua cauſa propter quam præſumatur teſtatorem uoluiſſe facere unam ſubſtitutionem communem omnibus.*

6 *Quod ſunt tres cauſæ, ſeu rationes. per quas præſumitur teſtatores uoluiſſe coniunctim in una tantum ſubſtitutione grauare omnes, quibus fit ſubſtitutio, & nō ſingulos per ſe.*

7 *Quando uerba fideicom. ſubſtitutionis factæ pluribus ſignificent unam tantum ſubſtitutionem communem omnibus, & an & quando eo caſu præter & ultra ſignificatum uerborum ex ſola præſumpta mente intelligi poſſint plures ſubſtitutiones, id eſt una in perſonis ſingulorum, & nu. 15.*

8 *An in caſu. l. pen. C. de impuberum propria ſignificatio uerborum ſit contra ſubſtitutum, uel pro ſubſtituto, & quæ ratio differentia ſit inter pupillarem, & fideicommiſſariam factam pluribus.*

9 *Quoties uel ex ſignificatione uerborum, uel ſolum ex præſumpta mente intelligimus eſſe plures ſubſtitutiones, id eſt unam in perſona, ſeu portione ſingulorum, ſemper exiſtente conditione in perſona unius habebit effectum ſubſtitutio, & quoties intelligimus eſſe unā tantum ſubſtitutionem communem omnibus, nunquā habebit effectum ſubſtitutio exiſtente conditione in perſona unius tantum & nu. 15. & 46.*

10 *Vera declaratio caſus, & intellectus tex. noſtri cum, pluribus ſeq.*

11 *An ubi teſtator ſubſtituit in tota hæreditate poſt mortem utriuſq; hæredis, in conſequentiā inferatur, quod uelu etiam ſubſtituere in parte tantum poſt mortem unius.*

12 *Vbi primus grauatur reſtituere partem ſuam ſuperſtiti cohæredi, & ultimus grauatur reſtituere poſt eius mortem totam hæreditatem Titio, quod Titius intelligatur ſubſtitutus non ſolum ultimo, ſed etiam primo & primus grauatus reſtituere partem ſuam non ſolum ultimo, ſed etiam Titio, caſu quo ultimus nolit, uel non poſſit ſuſcipere portionem primi, & nu. 14.*

17 *Quando conditio adiecta diſpoſitioni non reſpicit uniformiter totam diſpoſitionem, ſed difformiter, ſolum facit conditionem pro ea parte cui cōuenit, & adaptatur, non pro alus partibus, quibus non adaptatur.*

18 *Quando conditio eſt de eo de quo eſt diſpoſitio regulari debet ſecundum naturam diſpoſitionis, & quoties diſpoſitio diuiditur, ſimiliter diuiditur conditio de rebus, & perſonis, circa quas uerſatur diſpoſitio cum limitatione tamen de qua ibi.*

19 *Vbi plures conditiones coniunguntur per ſe principaliter reſpectiue ad unam diſpoſitionem per ſe, nō requiritur concurſus dictarum conditionum, & quod plures conditiones coniuncta per copulam, uel per ſignū collectiuum ſtant per ſe principaliter reſpectiue ad unam ſubſtitutionem per ſe. quoties interpretamur eſſe plures ſubſtitutiones, id eſt unam ſubſtitutionem in ſingulis, & ibidem, qua ratione procedat illa regula quod pluralitas conditionum reſoluitur in ſingulares conditiones ubi reſpicit diuerſos effectus.*

20 *Quod nunquam plures conditiones dicentur reſpicere plures effectus, niſi quando ſunt conditiones de rebus ſeu perſonis circa quas uerſatur diſpon.*

21 *Quoties in uulgari, ſeu in pupillari ſubſtitutione facta pluribus interpretamur unam tantum ſubſtitutionē communem omnibus, quibus fit ſubſtitutio, tunc pluralitas conditionum dicetur reſpicere unum effectum nec poterit habere locum ſubſtitutio niſi conditio in omnibus hæredibus extiterit, ſed ubi interpretamur plures ſubſtitutiones id eſt unam in ſingulis perſonis ſeu portionibus, pluralitas dicetur reſpicere diuerſos effectus, & in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio habet effectum ſubſtitutio.*

22 *Quod fideicommiſſa inducantur ex ſola uoluntate præter omnem ſignificatum uerborum, ſed quod in inſtitutione, exhæredatione, & aliis diſpoſitionibus requiritur quod ſignificentur ſaltem ex larga uerborum ſignificatione.*

23 *Declaratio l. iam hoc iure ſupra de uulgari, & quando in illa ſubſtitutione, ſi filius hæres non erit, contineatur pupillaris, ex aliquali ſignificatione uerborum.*

24 *Intellectus ad l precibus, uerſi. nam non eſt incerti iuris. C. de impuberum, & an per ſubſtitutionem pupillarem comprehenſam in uulgari decedēte pupillo nō adita hæreditate mater excludatur.*

25 *Vbi ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit facta, expreſſim ultimo, & expreſſim in toto, illi plures inſtituti, cenſentur inuicem ſubſtituti, ſed alia ratione, & coniectura*

quam per doct. & ibi de intellectu. l. titia ſeio. §. ſeia li bertis ſupra de lega.ij. & nu. 27.

26 Nullum fideicommiſſum relictum in uita grauati poteſt dici ſubſtitutio fideicommiſſaria, & nu. 148.

28 An ſi pupillaris ſubſtitutio expreſſim facta ſit ultimo & expreßim in toto, illi filij intelligi debeant inuicem pupillariter uel alio modo ſubſtituti.

29 Vbi ſubſtitutio eſſet facta ultimo, non tamen expreſſim in tota hæreditate, inſtituti non uiderentur inuicem ſubſtituti, quamuis ſubſtitutio eſſet facta de hæreditate indiffinite.

30 Quod non etiam uidebuntur inuicem ſubſtituti, quando ſubſtitutio fideicõmiſſaria ſit ſimpliciter facta poſt mortem plurium.

31 Quod nec etiam ſi eſſet facta expreſſe in tota hæreditate, quando facta poſt mortem plurium.

32 Quod nec etiam ſi eſſet facta poſt mortem plurium ſub nomine collectiuo, & expreßim in tota hæreditate.

33 Quod nec etiam ſubſtitutio facta pluribus ſub nomine collectiuo, & in toto inducit quod inſtituti cenſeantur inuicem ſubſtitui, quãmuis perſona, quæ ſupereſſet, excluderet ſubſtitutum ex præſumpta mente teſtantium, & nu ſeq.

34 Quod ad effectum ut plures inſtituti cenſeri poßiat tacite inuicem ſubſtituti per fideic. de neceſsitate requiratur, quòd ſubſtitutio ſit expreßim facta ultimo, & expreßim in toto, non autem ſufficit, quòd id præſumatur.

35 An ſubſtitutio facta uulgariter, pupillariter, et per fideicom. pluribus ſub una determinatione, cenſeatur ultimo tantum cauſa remißiue.

36 An in fideicommiſſo uniuerſali facto per uerba generalia ueniant legata, ſeu fideicommiſſa relicta grauato, & ibi quod ſic, licet ſcripta poſt fideicommiſſum uniuerſale, & in uniuerſali, ſit uerbum reliqui.

37 Sed an ueniant in dicto fideicom. uniuerſali facto per uerba generalia legata relicta grauato, ubi fideicom. uniuerſale eſſet purum, & legata conditionalia & quid in caſu, quo & prælegata relicta grauato, & fideicommiſſa eſſent pura, & ibi quod nunquam prælegatum uenit in fideicommiſſo uniuerſali, quando non peruenit ad grauatum, antequam cedat dies fideicõ.

38 Et an ueniat prælegatum in fideicom. uniuerſali, quando res prælegata fuit prohibita alienari, & ibidem plura circa intellectum l. lucius. § plurib. infra eo. tit.

39 An in fideicommiſſo uniuerſali de bonis ſeu hæreditate indiffinite ueniant prælegata relicta grauato, & de intellectu. l ſi titius ſupra de lega. iij.

40 Quando fideicommiſſum de parte hæreditatis comprehendat legata ſeu fideicom. relicta grauato, & ibi de intellectu l. liberto. § filium ſupra de annu. lega.

41 Quid, ſi fideicommiſſum uniuerſale ſit ſimpliciter de portione an in eo ueniant prælegata, & ibidem de intellectu. l. marcellus. §. quidam liberis ſupra eo.

42 Quod non ueniat fideicommiſſum relictum grauato, quando grauatus eſt ſimpliciter reſtituere portionem quando propter id cenſeri poſſit grauatus reſtituere totam hæreditatem, & nu. 56.

43 Generalis theorica huius quæſtionis, an & quando prælegata ſeu fideicom. relicta grauato ueniant in fideicõ. uniuerſali.

44 Quod in reſtitutione fideicommißi uniuerſalis ueniant prælegata, quæ grauatus capit iure hæreditario cum duobus ſeq.

45 Intellectus ad l. deducta §. nummis infra eo. & l. cum pater in priu. ſupra de lega. ij & ad difficillimam l. titia ſupra ad l. fal.

46 Intellectus & declaratio l. cum qui. §. pro parte ſupra de iis quibus ut indignis.

47 Quod ubi duo hæredes ſunt inuicem ſubſtituti per fideicommiſſum, & ultimus grauatus reſtituere hæreditatem per uerba indiffinita, quod etiam uidetur grauatus reſtituere portionem primi, quam habet ex fideicommiſſo.

48 Idem etiam, quando duobus uel pluribus hæredibus inuicem ſubſtitutis dictum foret, quod omnibus decedentibus hæreditas perueniret in ſempronium, quia ultimus uidetur grauatus reſtituere etiam partes aliorũ quas conſequitur ex fideicommiſſo.

49 Idem eſſet ubi inſtitutis Titio & Seio, teſtator titium ſubſtituiſſet poſt mortem Seij, & poſt mortẽ Tuij Caium, quia utriuſq; portio eſſet reſtituenda.

50 Quamuis Caius ſubſtitutus ſit prius poſt mortem Titij & deinde titius ſubſtitutus Seio cohæredi poſt mortẽ eius, tenetur tamen titius reſtituere Caio portionem ſuam & Seii cohæredis.

51 An ſi primus hæres grauatus ſit in uita reſtituere partem ſuam ſecundo, & ultimus grauatus poſt mortem ſuam reſtituere hæreditatem ſempronio, cẽſeatur grauatus reſtituere partem, quam habuit à primo.

52 Vtrum ſi ultimus grauatus ſit reſtituere dimidium hæreditatis, cenſeatur grauatus reſtituere dimidium illius portionis, quam à primo habuiſſet ex fideicom.

53 Vtrum modo ueniret in dicto fideicommiſſo portio primi, quando ultimus eſſet grauatus reſtituere partem ſeu portionem ſuam hæreditatis, ſeu partem & portionem ſuam ſimpliciter.

54 Vtrum quando duo hæredes ſunt ſubſtituti per fideicõmiſſum tertio hæredi, & unus ex illis grauatus reſtituere portionem ſuam, in eo fideicõmiſſo ueniat pars, quam habuit ex fideicommiſſo cohæredis.

55 Vtrum ſi inſtitutis tribus hæredibus primus grauatus ſit reſtituere hæreditatem ſecundo, & ſecundus grauatus ſit reſtituere portionem ſuam caio, portio primi ueniat in hoc fideicom.

56 Quod ſi in caſu tex. noſtri grauatus eſſet ultimus filius reſtituere portionem ſuam claudie. non ueniret in hoc fideicommiſſo portio primi, quam ultimus habuiſſet ex fideicõ. & quod propterea ceſſaret in caſu iſto deciſio tex. noſtri.

57 Quod etiam ceſſaret deciſio tex. noſtri, quãdo ultimus grauatus fuiſſet reſtituere portionem ſuam, etiam attenta opinione eorum, qui dicebant, quod in hoc fideicom. contineretur portio primi, & qua ratione in caſu prædicto ultimo tantum decedente ſine filijs nam admitteretur ſaltem ad dimidium illius ultimi.

58 Quòd imo in caſu tex. noſtri conditio, ſi ſine filijs, cenſeri debet tacita in ſubſtitutione facta ultimo, ut dixit glo. non autem expreſſa ut dicebat Imo. Alex. & alij reprobando glo.

59 Fideicommiſſum conditionale aſcẽdẽtis non tranſmittitur nedum ad deſcẽdẽtes & ibi de intellectu. l. unica. C. de ijs qui ante apertas tabulas.

60 Quòd ubi teſtator uocauit expreſſe fideicommiſſarium & eius hæredes, decedente fideicommiſſario, pendente conditione, eius hæredes admittuntur, ſed non ex tranſmiſſione, ut Doct. arbitrantur, ſed ex propria perſona, tanquàm diſpoſitiue uocati, & quæ ſit utilitas, an ex traſmiſſione, an ex propria perſona admittantur cum duobus ſequen.

61 Qualiter intelligi debeat regula, quòd teſtator poteſt facere legatum tranſmiſſibile non tranſmiſſibile, & econtra, & de intellectu. l. ſeius ſaturninus infra eo.

62 Ad hoc ut aliquid tranſmitti poſſit, neceſſe eſt ꝙ fingatur acquiſitum tranſmittenti.

63 Quòd etiam hæredes fideicommiſſarij admittantur eo decedẽte, pendente conditione fideicommiſſi, quàmuis non ſint expreſſe uocati, dummodo ex coniecturis appareat quòd illis uoluerit prouidere, prout fideicommiſſario.

64 Quales coniecturæ ſufficiant ad denotandum, quòd teſtator uoluerit hæredibus fideicommiſſarij prouidere prout fideicommiſſario, & ꝙ tres primæ illationes Socini ſunt ueræ, & numero. 65.

66 Quod etiam ſubſtitutio in legatis in caſu uoluntatis facta extendatur ad caſum impotentiæ.

67 Quàmuis duo filij ſint inuicem ſubſtituti per fideicommiſſum ſub conditione ſi ſine filiis, & omnibus decedentibus ſine filiis ſit ſubſtitutus extraneus, non tamen primus filius decedens tranſmittit ad ſuos deſcẽdentes fideicom. ſibi relictum a fratre, licet Soci. & plures alij contrarium decidant, & duobus ſeq.

68 Quòd nulla ratione in caſu propoſito filij in conditione poſiti cenſeri poſſint diſpoſitiue uocati.

69 Quæ ſit ratio decidendi. l. qui ſe patri ſupra de acquir. hæredi. ex qua denotatur quòd deciſio. d. l. non eſt ita mirabilis, prout docto. arbitrantur.

70 Quot requirantur ad effectum ut legatum non tranſmiſſibile, ex teſtantis uoluntate fiat tranſmiſſibile.

71 An in caſibus, in quibus legatum conditionale tranſmittitur ex coniectura ta teſtantis uoluntate. d trãſmiſſio procederet excluſionem ſubſtituti, qui eſſet de liberis teſtatoris.

72 Quando pluralitas, in fideicommiſſaria, & pupillari ſubſtitutione facta pluribus, dicatur reſpicere diuerſos effectus, & ꝙ ſecũdũ glo. Dinũ. & Bar. in caſu tex. noſtri, et d. l. pen. reſpiciat diuerſos effectus.

73 An in caſu tex. noſtri, ſi non fuiſſet reciproca inter fratres poſt mortem primi, qui deceſſit ſine filiis, illico admiſſus fuiſſet ſubſtitutus.

74 Noua declaratio & intellectus ſecundæ ſol. glo. ad contrarium. l. penul. C. de impuberũ, & plures illationes, quæ ſequuntur ex ſol. Bar. & communi ad dictum contrarium.

75 Quid præſuppoſuerit Raine. in ſua ſol ad d. l. penul. & an eius ſol. poſſit defendi, an ſol. Decij pariter poſſit ſuſtineri, & numero ſequen.

77 Quòd ſol. glo. & Bar. quæ eſt communis ad d. l. pen. ſit ueriſſima, attenta noua declaratione, de qua ibi, & numero. ſequen.

78 Quando plures ſunt ſimul grauati reſtituere hæreditatem cenſeri debeat unum, uel plura fideicommiſſa.

79 Quando diſpoſitio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. procedat in filijs iam natis.

80 An in caſu ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos, nepos maſculus ex præſumpta mente teſtantis in caſu tex. noſtri excluſiſſet neptem ſubſtitutam. & numero. 155.

81 Generalis Theorica in illa quæſtione, an inſpici debeat proximitas defuncti, an eius, qui ultimo loco obtinuit per quam diuerſæ deciſiones Docto. quæ uidebantur contrariæ ad concordiam reducũtur cũ pluribus ſeq.

82 Quòd in fideicommiſſo relicto familiæ admittatur proximior eius, qui ultimo loco obtinuit fideicommiſſum, non proximior teſtatoris.

83 Quod in pupillari ſubſtitutione facta adinuicem pluribus filiis præferatur coniunctus ex utroque latere pupillo defuncto ei, qui ſolum coniungitur ex uno latere.

84 Quod fideicõmiſſum relictum familiæ ſit unum tãtum fideicommiſſum commune omnibus de familia, ꝑ quod omnes collectiue ſuccedunt teſtatori, & a principio cedat toti familiæ ſinguli uero de familia non admittuntur per reiterationem fideicommiſſi, ſed quia adinuicem ſibi in fideicommiſſo ſuccedunt.

85 Quòd ubi plures ſingulariter per ſe uocantur, quia in ſingulis ſit una diſpoſitio fideicommiſſi ſemper attendatur proximitas teſtatoris, ubi uero plures non uocantur ſingulariter, ſed collectiue, & non ſinguli per ſe, attendatur proximitas illius, qui ultimo loco obtinuit fideicommiſſum.

86 Intellectus ad l. cum ita. §. in fideicommiſſo ſupra de lega. ij.

87 An intentio teſtatoris in inſtitutionibus & ſubſtitutionibus cenſeatur conformis cum diſpoſitione ſtatuti diſponentis circa ſucceſſionem inteſtati, & numero. 153.

88 Quid uelit Bar. hic, dum dixit uulgarem reſpice unum effectum ſecundum uoluntatem teſtantis, fideicommiſſariam uero plures.

89 Quid etiam uoluerit Bar. hic, in illis alijs uerbis uel uerius dic, ꝙ ratio eſt &c.

90 Quòd præſumptio iuris accreſcendi in ſubſtitutione facta pluribus non attendatur, niſi in caſu quo propria ſignificatio ſeu natura uerborum conueniat.

91 Quòd ſubſtitutio dicatur pluribus ſeparatim facta, nõ obſtante, ꝙ ſimul ſint poſiti in conditione, dummodo diſpoſitio ſubſtitutionis ſeparatim fiat, & ibi an alternatiua ſubſtitutio dicatur ſimul, an ſeparatim facta, & ſupra nu. 1.

92 Quomodo doctrina Bar. hic, reduci poſſit ad concordiã cum ijs, quæ dixit in l. penul. C. de impuberum qui in pluribus ſecundum docto. uidebatur contrarius; & ibi declarantur uerba Bar. hic. & in d l. pen.

93 Quod in hac quæſtione an ſubſtitutio facta pluribus habeat effectum exiſtẽte conditione in perſona unius, ad duo ſit aduertendum pro reſolutione.

94 Quando ſubſtitutio uulgaris pluribus facta cenſeri debeat ſeparatim, & quando ſimul facta.

95 An hæc ſubſtitutio, ſi non quis, uel ſi non aliquis hæres erit præponendo negationem ſit uniuerſaliter, ſeu col

lectiua facta, & ſimiliter iſta, ſi non titius aut ſeius intelligatur facta copulatiua negatiua, & econtra, ſi negatio ſit poſtpoſita in dicta ſubſtitutione facta ſub ſigno particulari uel diſiunctiuo faciat quòd cenſeatur particulariter, & diſiunctiue facta, & nu. 96.

97 Quod iſta ſubſtitutio, ſi nec titius nec ſeius hæredes erunt, non habeat effectum uno non exiſtente hærede idem in hac, ſi titius & ſeius hæredes non erunt, ſed iſta, ſi non titius & ſeius hæredes erunt habet effectũ in uno, & ibi de intellectu. l. ſi it qui ducenta. §. cum ita ſupra de rebus dubiis, & numero. 102. & 106.

98 Quòd ſubſtitutio uulgaris facta ſub ea conditione, ſi omnes, uel ſi ambo, uel ſi cuncti, uel ſi quilibet, uel ſi uterq́;, uel ſi neuter hæredes non erunt, nunq̃ habeat effectum in uno, aliud tamen ſit, ſi præponatur negatio, quia dictum ſit, & ſi non omnes, & ſic de ſingulis, & ibi de intellectu. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium ſupra ſi quis cautio. & nu. 102. & 106.

99 An uulgaris facta pluribus indiffinite, puta, ſi prædicti hæredes non erunt, dicatur uniuerſaliter factu, ita quòd non habeat effectum uno non exiſtente hærede, & nume. 102.

100 An quando expreſſe ſunt perſonæ, quibus ſit ſubſtitutio uulgaris, puta titio & Seio ſubſtituo, uel quibus ſubſtituo, dicatur ſimul facta ſubſtitutio, ita quòd nõ habeat effectum in uno.

101 An omni caſu quo uulgaris cenſetur pluribus ſeparatim facta, habeat effectum in uno.

102 An ſi ſubſtitutio uulgaris ſit alternatiuæ facta duobus filijs habeat effectum in uno.

103 An ſpeciali fauore filiorum alternatiua reſoluatur in copulam, & ibi latiſſime de uero intellectu. l. generaliter in principio. C. de inſti. & ſubſtitutio.

104 Quod in fideicommiſſo relicto ſub conditione, ſi hæres grauatus deceſſerit ſine liberis onus, probandi pertinent ad hæredem hæredis non autem ad fideicommiſſariũ incumbat onus probandi, ꝙ deceſſerit ſine filijs.

105 Intellectus & uera ratio decidendi. l. lucius ſupra de hæred. inſti.

106 Quoties uulgaris ſubſtitutio cenſetur pluribus ſimul facta, nunquàm habet effectum in uno.

107 Declaratio & intellectus l. q̃uis. C. de impuberum.

108 Intellectus ad l. quidam teſtamento ſupra de uulga. & nume. 149.

109 Prohibitio iuris accreſcendi operatur, quòd ſubſtitutio uulgaris ſimul facta pluribus habeat effectum in uno.

110 An ubi unus hæres ſimul ſit ſubſtitutus per uulgarem aliis duobus cohæredibus, illa ſubſtitutio habeat effectum in uno.

111 Pupillaris ſubſtitutio ſeparatim facta pluribus pupillis habet effectum exiſtente conditione in perſona unius, & ibi, quando intelligatur ſeparatim facta.

112 An quando expreſſim fuit dictum titio & Seio filiis pupillis ſubſtituo dicatur ſeparatim facta ſubſtitutio & habeat effectum in uno.

113 Pupillaris ſubſtitutio pluribus ſimul facta, nedum ſimpliciter, ſed etiam collectiue regulariter habet effectum exiſtente conditione in perſona unius.

114 Quod tamen non habeat effectum dicta ſubſtitutio in uno, quando ſupereſt perſona quæ ex præſumpta mente excluderet ſubſtitutum.

115 Qua ratione pſona quæ ſupereſt excludat ſubſtitutũ.

116 An perſona quæ ſupereſt, excludat ſubſtitutum non tantum quando ſubſtitutio eſt ſimul facta pluribus ſub nomine collectiuo ſed etiam ſimpliciter.

117 An frater ſuperſtes excludat ſubſtitutum, quando ipſe non poſſit, uel nolit ſuccedere primo pupillo prædefuncto.

118 An requirat, ꝙ frater ſuperſtes poſſit ſuccedere pupillo defuncto tempore quo decedit an uero ſufficiat, quòd poſſit ſuccedere tempore quo ipſe ſuperſtes efficitur pubes, ut poſſit excludere ſubſtitutum.

119 An, in ſubſtitutione pupillari pluribus facta ſi diuerſo tempore deceſſerint pupilli, ſubſtitutus omnibus ſuccedat ex ſubſtitutione, an uero ultimo tantum.

120 Verus intellectus ad l. qui duos ſupra de uulg. & pup.

121 Quæ ſit illa perſona, quæ ex præſumpta mente excludit ſubſtitutum, in caſu, quo unus pupillus tantũ deceſſit in pupillari ætate. & nu. 127. & 128.

122 An frater ſuperſtes cui ſimul facta fuit ſubſtitutio excludat, quando ſubſtitutus eſt alter filius teſtatoris.

123 An etiam excludat ſubſtitutũ, quando repudiauit patris hæreditatẽ, licet uelit ab inteſtato ſuccedere fratri; qui deceſſit in pupillari ætate, & cui accreuit portio repudiata.

124 An etiam frater ſuperſtes excludat ſubſtitutum, quãdo eſſet ſolum inſtitutus in re certa & nu ſeq.

125 An filij inſtituti in re certa cenſeri debeant legatarij, uel tanquàm inſtituti in patris hæreditate, prout ſi eſſent inſtituti in aliqua quota.

126 Quando pupillaris ſubſtitutio ſit duobus pupillis, quorum uel unus, uel uterq́; ſit exhæredatus, nunquàm frater ſuperſtes exhæredatus excludet ſubſtitutum.

127 Quod nec mater pupilli, nec alius tertius frater, cui non ſit facta ſubſtitutio excluderent ſubſtitutum ex præſumpta mente defuncti exiſtente conditione in pſona unius pupilli tantum.

128 An nepos ex primo filio prædefuncto excludat ſubſtitutum, quando extitit conditio ſolum in perſona ultimi pupilli, & ibi, an & quando diſpoſitio. l. cum acutiſſimi. C. de fideic. procedat in tranſuerſalibus.

129 An decedente utroq; filio in pupillari ætate nepos ex altero eorum excludat ſubſtitutum a portione, ſeu hæreditate patris, cum duobus ſequentibus.

130 An illa tacita conditio, ſi ſine filiis, ita ſub intelligatur in directa, quemadmodum in fideicommiſſaria ſubſtitutione.

131 An nepos ex primo filio, qui deceſſit pupillus, excludat ſubſtitutum ab hæreditate alterius filij qui & ipſe deceſſit pupillus.

132 Quòd fideicommiſſaria ſubſtitutio ſeparatim pluribus facta ſemper habeat effectum exiſtente conditione in perſona unius. nõ obſtante, quod ſuperſit perſona, quæ ex præſumpta mente excludit ſubſtitutũ. & nu. 155.

134 Quòd ſubſtitutio facta hoc modo, ſi uterq; filius meus deceſſerit, titio ſubſtituo Caium, & ſempronio meuiũ, ſemp habeat effectum exiſtente conditione in pſona unius.

135 An fideicommiſſaria ſubſtitutio facta duobus filiis al-

ternatiue habeat effectum in uno, & nu. 151.

136 *Quòd ſubſtitutio fideicom ſimul facta pluribus etiam ſub nomine collectiuo admittatur in cuiuſcunque perſona exiſtat conditio, ſi nõ exiſtat perſona, quæ ex præſumpta mente excludat ſubſtitutum.*

137 *Sed an eo caſu admittatur ex propria ſignificatione uerborum, an uero ex præſumpta mente præter, & ultra ſignificationem uerborum.*

138 *Subſtitutio fideicommiſſaria ſiue ſolum ſimpliciter pluribus facta ſiue ſub nomine collectiuo, non admittitur exiſtente conditione in perſona unius tantum, quando exiſtat perſona, quæ ex præſumpta mẽte excludat ſubſtitutum, & nu. 141.*

139 *qua ratione ſuperſtes excludat ſubſtitutum, & qualis interpretatio in eius fauorem ſumatur.*

140 *Intellectus ad. l. lucius. §. cato infra eo. & ad. l. ſi. §. ſilium ſupra de lega. ſecundo.*

142 *An requiratur, ꝙ ſuperſtes ſit de liberis teſtatoris, ut poßit excludere ſubſtitutum ex præſumpta mente.*

143 *An etiam requiratur, quod ſit de ijs, quibus ſit ſimul facta ſubſtitutio.*

144 *An ſufficiat, quod ſit de deſcendentibus ex ijs liberis, quibus ſit facta ſubſtitutio.*

145 *An requiratur etiam, quod uelit & poſſit ſuccedere primo morienti.*

146 *Vtrum frater ſuperſtes excludat ſubſtitutum, quãdo extraneo inſtituto ſimul cum ipſis facta fuiſſet fideicommiſſaria ſubſtitutio.*

147 *Quod non dicatur eſſe diuerſa determinatio, quãuis ſpeciali fauore, & priuilegio alterius, alia interpretatio ſumeretur, dũmodo ea, quæ ſumitur ex uerbòrũ ſignificatione, & ex natura diſpoſitionis ſit eadem.*

148 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio pluribus ſimul facta in uſufructu non habet effectum uno decedente, & ibi de intellectu l. codicillis ſupra de uſufru. lega. & quomodo ſubſtitutio dicatur facta in uſufructu.*

149 *Vtrum fideicommiſſaria ſimul facta pluribus expreſſim in tota hæreditate, habeat effectũ in uno, & quid ſi eſſet fcã ſeparatim et expreßim in tota hæreditate.*

150 *Quæ coniectura ſufficiat, ad effectum, ut frater ſuperſtes non poßit ex præſumpta mente excludere ſubſtitutũ; an hæc coniectura ſufficiat, quia ipſe ſit ſolum inſtitutus in re certa.*

151 *Et an iſta, quia ſubſtitutio ſit facta alternatiue ſufficiat, & ſupra num. 135.*

152 *Et an & quando reciproca ſubſtitutio operatur, quod ſubſtitutio habeat effectum in uno, omni caſu, quo ceſſat reciproca, licet ſuperſit frater.*

153 *An illa coniectura, quia ſubſtitutus ſit de liberis proſit ad effectum, ne ſuperſtes, qui ſit etiam de liberis, illum excludat.*

154 *Stante ſtatuto, quod extantibus filiis maſculis, & fratre defuncti filia non ſuccedat an ſi teſtator filios inſtitutos inuicem ſubſtituat, fœmina faciat deficere conditionem uſq; ad fin. §.*

155 *An per dictum ſtatutum cenſeatur ſublata ratio. l. cũ acutißimi. C. de fideicom.*

156 *An ſi teſtator ſtante prædicto ſtatuto filias proprias in rebus certis filios autem maſculos uniuerſaliter inſtituiſſet, & eos inuicem ſubſtituiſſet, unius inſtituti filia faciat deficere fideicommiſſum.*

Repetitio §. cum ita. l. hæredes mei. ff. ad ſenatuſcon. trebellia.

MATERIA HVIVS. §. licet ſit frequens & utilis, eſt tamẽ admodum difficilis, & habet difficiliora contraria ꝙ ſint in corpore iuris, ut atteſtatur Bar. in l. penul. C. de impuberum. In eaq; ſunt innumeræ difficultates. Nam ferẽ in quibuſcunq; deciſionibus habet cõtrarias docto. ſententias, & nulla eſt tam certa concluſio in hac materia quæ prima facie ſubuerti non poſſe uideatur. Nulla enim exiſtit, quæ ita concludenter ex docto. fundamentis ſeu rationibus comprobetur, quin per contrarias rationes fortiter urgeatur. Vnde fit, ꝙ ueritas ignoretur, & uniuerſi ambigant quam partem amplectentur. Ego in hac materia quam prius Taurini, deinde Papiæ, & poſtremo in hoc celeberimo Patauino Gymnaſio interpretatus ſum, totis uiribus laboraui, ut omnes quæſtiones dubie tam ſolidis fundamentis & rationibus decidantur, ut uera opinio a falſa manifeſtisſime dignoſcatur, & omnia argumenta contra ueram ſententiam pugnantia clarisſime reſoluantur, & nulla hæſitatio probabilis relinquatur, & an aliquid eius q̃d optabam aſſecutus ſim, & aliqua ex parte labores noſtri profecerint ex his comentariis apparebit.

¶ In ſubſtitutione fideicommiſſaria facta duobus coniunctim ſub cõditione, ſi uterq; deceſſerit, hi duo uidentur grauati coniunctim in uno fideicommiſſo, prout eſt ſignificatio uerborum quamdiu ſubeſt ratio, propter quam cenſentur coniunctim grauati, ſed illa ceſſante uidebuntur grauati per ſe, & ſeperatim ſinguli in ſua portione, & in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio habebit locum ſubſtitutio, hoc dicit text. noſter in ſumma.

¶ Sed ad intelligentiam tex. noſtri & materiæ præmittendum eſt, † quod in ſubſtitutione fideicommiſſaria facta duobus uel pluribus, uerba diuerſimode ſignificant, aliquando enim uerba ſpecifice & præciſe ſignificant, quod in portione ſeu perſona cuiuslibet ſit una ſubſtitutio fideicom. ſeu unum fideicommiſſum, & tunc erunt tot ſubſtitutiones, ſeu fideicommiſſa, quot perſonæ quibus ſit ſubſtitutio, & quilibet per ſe & ſeparatim dicetur grauatus in ſua portione, & in cuius perſona exiſtat conditio, habebit effectum ſubſtitutio. l. uel ſingulis ſupra de uulgari. l. pater filiam. §. ſi. ſupra ad. l. fal. & uolunt omnes, ut infra uidebimus in materia, & in iſto caſu nulla eſt dubitatio, niſi in exemplificando quando uerba præciſe, & ſpecifice ſignificant unam ſubſtitutionem in perſona cuiuslibet. Ad quam tamen dubitationem dicitur, quod exemplificari poteſt iſtud primum membrũ dupliciter. primo quando in una oratione particulariter, & ſingulariter cuilibet ſit facta ſubſtitutio, vt puta, quia dictum ſit, ſi quis, vel ſi aliquis deceſſerit, ſubſtituo, vel ſi unus, aut alius &c. verba enim ſignificant, quod in perſona cuiuslibet ſit una ſubſtitutio, & quod in qualibet perſona, in qua exiſtat conditio, habeat effectũ ſubſtitutio, ut hic dicit Pau. de Caſt. & infra latius declarabo. ſecundo etiam exemplificari poteſt, quando in diuerſis orationibus & diſpoſitionibus, ſingulis ſit facta ſubſtitutio prout quando dictum eſt, poſt mortem titii ſubſtituo, & poſt mortẽ Meuii ſubſtituo caium, uel grauo titium poſt mortem ſuam reſtituere, & grauo Meuium poſt mortẽ reſtituere, nam quia eſt duplex uerbum diſpoſitiuum, iccirco dicentur duæ diſpoſitiones ſeu ſubſtitutiones, & ſingulis ꝑ ſe, & ſeparatim factæ. l. quinquaginta ſupra de probatio. Bart. in l. re coniuncti, col. 3. ſupra de lega. 3. ſolũ in caſu iſto eſt una difficultas, † an idẽ ſit quando conditiones ſunt coniunctæ uel per copulã, uel per ſignum uniuerſale, ut hoc non obſtante, quando ſunt grauati in diuerſis fideicommisſis, ſeu ſubſtitutionibus habeat effectum ſubſtitutio, in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio, exemplum ſi dicatur, ſi titius & ſeius deceſſerint, uel ſi uterq;, uel ſi ambo deceſſerint, titium grauo reſtituere par

tem ſuam, & ſeium grauo reſtituere partem ſuam, uel titio
ſubſtituo, & Seio ſubſtituo. Sed huic difficultati reſponde-
tur, quod de mente Bart. & aliorum eſt quod ſit idem, uide
licet, ut habeat effectum ſubſtitutio, in cuiuſcunq; perſona
exiſtat conditio. nam generaliter & indiſtincte concludunt
in caſu quo ſubſtitutio ſit facta plurib. ſeparatim, ꝙ habeat
effectum ſubſtitutio in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio
nulla habita diſtinctione, an conditiones ſint ſub una, uel
ſub alia forma concepte, & ratio huius eſt, quia cum uerba
præciſe ſignificent, ꝙ diſpoſitio fideicommiſſi ſit diuiſa &
diſtributa in duas, ut in perſona cuiuslibet grauati ſit una
ſubſtitutio, & vnum fideicōmiſſum, ſit etiam in neceſſariā
conſequentiam ille conditiones ſimul coniuncte ꝑ copu-
lam ſeu ſignum uniuerſale debent diuidi & ſeparari, ut ha-
beantur pro duabus conditionibus, non autem pro una, &
propterea non requiratur, quod exiſtat conditio in perſo-
nis omnium ad effectum ut ſubſtitutio habeat locum in ꝑ-
ſona ſeu portione unius, cōſequētia patet, ꝑ tex. in l. ſi hære-
3 di plures ſupra de cōdi. inſti. Aſſumptū uero, † uidelicet, ꝙ
ſi diſpoſitio diuidatur a principio, diuidātur etiā condi-
tiones, probatur per tex. in l falſa. §. ſi. ſupra de cond. & de-
mon. ex quo enim in caſu. d. l. ſunt duo legata de ſticho &
erote, iccirco illa conditio, ſi mei erunt cū moriar, adie-
cta vtriq; legato diuidit in duas, & habetur ac ſi ſeparatim
dictum eſſet lego ſtichum ſi erit meus, lego pamphilum ſi
erit meus, quinimmo quod magis eſt, etiam ꝙ eſſet unica
tantum conditio diuideretur in duas, & adimpleretur in
parte ſi a principio diſpoſitio diuiditur in duas, ut in parte
poſsit habere effectum, ut eſt caſus in l. ſtichum qui meus
erit ſupra de lega. primo, ibi enim, ex quo legatum de ſti-
cho poteſt diuidi, ut habeat effectum in parte ipſius ſtichi,
quoties ꝓ alijs partibus alienaretur, iccirco, illa conditio, ſi
meus erit cum moriar, adiecta dicto legato, diuiditur ut
poſsit in parte adimpleri quis in alijs partibus alienatis di-
cta conditio non exiſtat, ſic illa conditio dandi decem rela-
ta ad duos, quibus ſit legatum diuiditur inter eos, prout
inter illos diuidit diſpoſitio legati, & pro parte adimple-
tur. l. cui fundus. ii. reſponſo. l. qui hæredi. §. ſi duorum ſu-
pra de condi. & demonſt. l. ſi ita fuerit in principio, & §.
primo ſupra de manumiſſ. teſta. not. in l. penul. C. de cond.
inſer. Quæ autem ſit ratio iſtorum infra dicetur. Et ſi quæ-
ratur, an in caſu iſto quando cōditiones ſūt coniuncte ꝑ co-
pulam ſeu ſignum uniuerſale, ſubſtitutio fideicommiſſaria
ſingulis per ſe & ſeparatim facta habeat effectum in cuiuſ-
cunq; perſona exiſtat conditio ex ſignificatione uerborum
an uero ſolum ex mēte, præter uerborum ſignificationem.
Prima facie uideretur dicendum, ꝙ non habeat effectum
ex ui uerborum, ex quo conditio eſt uniuerſalis, cum ſit
adiectum illud ſignum, uterq;, vel ambo, quod eſt vniuerſa-
le quoad illos duos, & non uerificatur niſi in utroq; non
autem in altero tantum. l. ſi duobus ſupra de lega. ii. l. ſi ne-
ceſſarias. §. ſi annua ſupra de pigno. actio. Bar. in l. hoc arti-
culo ſupra de hæred. inſt. not. Docto. in l. pen. C. de impu-
berum, iccirco dicetur conditio prædicta deficere, ubi in
uno non exiſtat. l. ſi is qui ducenta. §. utrum ſupra de rebus
dubiis, & quia iſte conditiones ſunt coniuncte, propterea
uidetur quod debeant haberi pro una conditione, & quod
requiratur omnino quod omnes exiſtant. d. l. ſi hæredi plu-
res. Sed his non obſtantibus de mente Bar. & aliorum eſt
quod etiam ex ui uerborum habeat effectum ſubſtitutio in
cuiuſcunq; perſona exiſtat cōditio, nam in caſu quo ſimul
facta ſit ſubſtitutio duobus, diſtinguunt an ex propria ſigni-
ficatione, uel ſolum ex mente habeat effectum exiſtente cō-
ditione in perſona unius tantum, ſed in caſu, quando ſit fa-
cta pluribus ſeparatim, non diſtinguunt, uerum ſimpliciter
concludunt, quod admittatur ſubſtitutio in eius perſona
in qua exiſtit conditio: vnde infertur, quod uelint admitti
ſubſtitutionem, non ſolum ex mente, ſed etiam ex ſignifica-
tione uerborum, & iſta opinio eſt uera, pro qua facit, quia
ſi uerba diſpoſitiua manifeſte diuidunt, & diſtribuunt fidei-
commiſſum in duo fideicommiſſa, & ſingulis per ſe & ſepa-
ratim attribuitur onus pro ſua portione, ita quod habeat ef-
fectum fideicommiſſum in portione unius, quamuis non
habeat effectum fideicommiſſum aliorum, neceſſario con-
ditiones iſte quamuis coniuncte per ſignum collectiuum
ſeu uniuerſale, debent cenſeri diſtribute in duas, ut poſſint
ꝑ partes adimpleri: unum enim uenit in conſequentiam al-
terius. Accedit, quia ſi ſignificatio uerborum patitur, quod
una conditio diuidatur in duas, & poſſit per partes imple-
ri, quando diſpoſitio diuiditur in duas partes ut ſtatim dixi
quanto magis patietur, quod duæ conditiones, quamuis
coniuncte per ſignū uniuerſale, diuidantur in duas, & adim-
pleantur per partes, & ad tex. in d. l. ſi hæredi plures eſt
ſolutio retorquendo illum ad oppoſitum, vult enim quod
omnes conditiones ſimul coniuncte debeant adimpleri,
& non adimpleantur per partes, quando habētur pro una
conditione, ſecus autem quando non ſunt adiectę pro
ūna conditione, ſed pro pluribus, unde cum in caſu noſtro
omnino debeant haberi pro pluribus iccirco non eſt ne-
ceſſe, ꝙ omnes exiſtant, uerum per partes poterunt imple-
ri. Ad aliud, ꝙ ex quo conditio eſt uniuerſalis dicatur ex to-
to deficere, niſi in omnibus exiſtat conditio. Reſpondetur,
4 † ꝙ illa conditio uniuerſalis ex ſignificatu uerborum pōt
habere duplicem ſenſum, primum ut ſtet uniuerſaliter &
collectiue non ſolū quoad hoc, ut oīa fideicōmiſſa habeant
effectum, ſed etiam quoad hoc ut fideicommiſſum unius
habeat locum in eius portione ueluti ſi quodlibet ſingula-
re fideicommiſſum intelligeretur factum ſub illa conditio-
ne, ſi uterq; vel ſi ambo, uel ſi omnes deceſſerint, & hoc mo-
do intelligendo ſignificatio uerborum obſtaret, ut nō poſ-
ſet habere effectum ſubſtitutio exiſtente conditione in per-
ſona unius tantum alio modo poſſunt intelligi uerba hu-
ius conditionis, ut conditio ſtet quidem uniuerſaliter, &
collectiue, quoad hoc ut omnia fideicommiſſa habeant ef-
fectum & ſubſtitutio fideicommiſſaria habeat effectum in
totum, quia ſi debet habere effectum in perſonis & portio-
nibus omnium debet etiam in omnibus perſonis conditio
exiſtere, tamen non intelligatur uniuerſaliter, & collectiue
quoad fideicommiſſum ſingulariter factum in perſona, &
portione unius tantum, uerum magis quoad illud ſingula-
re fideicommiſſum ſtet diuiſe ſeu diſiunctiue, ut quoad fi-
deicommiſſum in portione unius non requiratur, ꝙ exi-
ſtat conditio uniuerſaliter in perſonis omnium; nam ſignum
uniuerſale etiam ex ſignificatu uerborum poteſt intelligi
uniuerſaliter quoad omnes & diſiunctiue quoad ſingulos.
l. ſi apud. C. de appel. l. ſi. §. ipſum autem, & ibi glo. & Bal.
not. C. de bonis q libe. not. glo. & Bar. in l ſi duas. §. gram-
matici ſupra de excuſ. tut. Bal. in l. ſi ita. in ulti. not. ſupra
de iniu. teſta. Cum igitur in caſu noſtro diſpoſitio ſubſtitu-
tionis fideicommiſſarie ſtet uniuerſaliter quoad omnes, &
diſiunctiue quoad ſingulos, quia facta omnibus, & ſingulis,
a ſimili conditio illa debet intelligi uniuerſaliter quoad
omnes & diſiunctiue quoad ſingulos, & propterea quod
ſingulariter habeat effectū ſubſtitutio in portione, & perſo-
na vnius exiſtente conditione in perſona unius tantum, nā
ſi aliter diceremus, uidelicet ꝙ dicta conditio ſtaret uniuer-
ſaliter & collectiue ad quodlibet ſingulare fideicōmiſſum
in perſona vnius, opporteret repetere dictam cōditionem
uniuerſaliter in quolibet ſingulari fideicommiſſo, vt ſenſus
eſſet, grauo titium reſtituere portionem ſuam, ſi uterq; de-
ceſſerit, grauo ſeium reſtituere portionē ſuam ſi uterq; de-
ceſſerit, & cum non ſint aliqua uerba, quæ ſignificent repli-
cationem eiuſdem conditionis, propterea propria ſignifi-
catio uerborum non importabit ꝙ conditio ipſa ſtet uni-
uerſaliter, & nō diſiunctiue quoad ſingulos, quando diſpo-
ſitio ſtat diſiunctiue quoad ſingulos, & ſolum uniuerſaliter
quoad omnes, ſequerētur etiam plura alia abſurda, ſi aliter
diceremus, de quibus dicam infra in materia, ubi etiam tol-
lam quædā alia, quæ uidentur prædictis obſtare, quę tamen
reuera non obſtant.

5 ¶ Aliquando, & ſecundo † verba in hac ſubſtitutione fidei-
commiſſaria ſunt apta ex propria ſignificatione denota-

rę

16

ſe plures ſubſtitutiones. & ſingulariter in cuiuſcunq;
perſona, ſeu portione, unam ſubſtitutionem fideicõmiſ-
ſariam, & etiam unam tantum ſubſtitutionem de tota
hæreditate communem omnibus, quibus ſit ſubſtitutio
exemplum, ubi teſtator inſtitutis Titio & Meuio dixiſſet
poſt mortem eorum ſubſtituo Caium, hæc uerba poſ-
ſunt ex propria ſignificatione importare plures ſubſti-
tutiones, & quod cuilibet iſtorum ſingulariter ſit facta ſub-
ſtitutio in ſua portione, poteſt enim iſta oratio poſt mor-
tem eorum. ex propria ſignificatione reſolui in ſuam ſo-
lutam, & ſenſus ſit. Titio poſt mortem ſuam ſubſtituo, &
Meuio poſt mortem ſubſtituo. l. ſæpe infra de uer. ſigni.
quo caſu ſingulis intelligeretur facta ſubſtitutio in ſua
portione. poteſt etiam ſenſus horum uerborum eſſe, quod
omnes intelligantur ſimul & coniunctim grauati reſti-
tuere totam hæreditatem non autem aliquam portionẽ
per ſe, & ſeparatim, ut ſic ſit una tantum ſubſtitutio de to-
ta hæreditate, quæ ſit communis utriq;. non autem plu-
res de diuerſis & ſeparatis portionibus, quemadmodum
ubi plures hæredes grauantur dare fundum Meuio, nam
eſt unum legatum, & omnes in uno legato tenentur pro
hæreditariis portionibus. l. ſi plures ſupra de lega. ii. & i
caſu iſto regulariter capitur interpretatio, ut intelligan-
tur plures ſubſtitutiones, et quod ſingulis ſit facta ſubſtitutio
pro ſua portione, & propterea in cuiuſcunq; perſona
exiſtat conditio, habet effectum ſubſtitutio in eius perſo-
na, & portione. ueluti ſi eſſet ſingulis facta ſubſtitutio ſe-
paratim in diuerſis orationibus, caſus eſt in l. ſi. § filium.
infra eo. & in l. ſi. § Caio ſupra de leg. ii. Iſtud tamẽ fallit
quoties ſubeſt aliqua ratio ſeu cauſa, propter quam præ-
ſumi poſsit teſtatorem uoluiſſe magis illos eſſe coniun-
ctim grauatos in una ſubſtitutione de tota hæreditate, quã
in pluribus de diuerſis & ſeparatis portionibus, nam tũc
uerba interpretarentur, quod ſit una tantum ſubſtitutio de
toto communis utriq;, & ideo non haberet locum in
parte, exiſtente conditione in perſona unius tantum. &
ratio eſt quia cum teſtator coniunctim in una oratione
omnibus ſubſtituerit, & ſubſit ratio ſeu cauſa, per quam
præſumatur teſtatorem uoluiſſe coniunctim & ſimul il-
los grauare in uno tantum fideicommiſſo de tota hære-
ditate, iccirco neceſſario interpretabitur, quod ſit unica tan-
tum ſubſtitutio, non autem plures, ut latius i materia de-
6 clarabitur. † Sunt autem tres rationes ſeu cauſæ, quas enu-
merant docto. propter quas præſumitur teſtatorem id uoluiſ-
ſe, prima, quando inter illos, quibus ſit ſubſtitutio ſit lo-
cus iuri accreſcendi. ſecunda quando inter eoſdem eſſet
facta reciproca ſubſtitutio, nam præſumerentur coniun-
ctim grauati in una tantum ſubſtitutione de tota hære-
ditate, ne fiat præiudicium per ipſam ſubſtitutionem iuri
accreſcendi, & reciproce ſubſtitutioni, prout dicemus in
uulgari ſubſtitutione, & infra declarando rationem text.
noſtri. Tertia eſt, quando inter eos, quibus ſit ſubſtitutio,
foret potentia ſuccedendi ab inteſtato & perſona ſuper-
ſtes ſit talis, quæ ex præſumpta mente teſtantis excludat
ſubſtitutum, nam tunc cenſetur facta una ſubſtitutio de
tota hæreditate, quæ ſit cõmunis omnibus. non autem
plures, per quas ſingulis in ſua portione ſubſtituat ne ſiat
præiudicium ſuperſtiti in ſua ſucceſsione ab inteſtato, ut
uolunt communiter Doct. & bene ut infra declarabitur
in materia.
7 ¶ Aliquando. & tertio † uerba in hac ſubſtitutione fidei-
commiſſaria præciſe & ſpecifice ſignificant unam tantũ
ſubſtitutionem fideicommiſſariam de tota hæredita-
te, quæ ſit communis omnibus, non autem ſignifi-
cant plures ſubſtitutiones per quas ſingulis in ſua portio-
ne intelligatur facta ſubſtitutio exemplum, quando ſub-
ſtitutio ſit pluribus in eadem oratione, & ſit conditio
adiecta cum copula, ſeu cum ſigno uniuerſali, puta ſi di-
catur. ſi titius & ſeius deceſſerint uolo hæreditatem meã
deuolui in ſempronium, uel ſi uterq;, uel ſi ambo deceſ-
ſerint hæreditas deueniat in ſempronium, nam cum uer-
ba diſpoſitiua intelligi poſsint de una ſubſtitutione fidei-
commiſſaria totius hæreditatis quæ ſit communis om-
nibus, iccirco conditiones ille, ſi uterq;, uel ſi ambo de-
ceſſerint, denotabunt quod uerba diſpoſitiua ſint reſtricta ad
unicam ſubſtitutionem, in caſu quo utraq; conditio exi-
ſtat, & in caſu iſto ex ſignificatu uerborum non poteſt im-
portari aliqua ſingularis ſubſtitutio in parte unius tantũ,
nec quod exiſtente conditione in perſona unius admittatur
ſubſtitutio in eius portione, & ita dicunt Bar. & alii om-
nes infra qui concludunt, quod ex ſignificatione uerborum
non admittitur ſubſtitutio in unius portione. quã in per-
ſona unius tantum exiſtit conditio, & iſtud etiã uult tex.
noſter. Solum eſt dubitatio, an præter & ultra ſignifica-
tionem uerborum ex ſola mente intelligi poterunt plu-
res ſubſtitutiones, & ſingulariter una, in cuiuslibet per-
ſona & portione, ut ſic in cuiuſcunq; perſona exiſtat cõ-
ditio habeat effectum ſubſtitutio in eius portione. Et cir-
ca hanc dubitationem Docto. magis communiter con-
ueniunt, quod regulariter attenta mente intelligerentur iſti
plures per ſe grauati in ſua portione, & ſic plures ſubſti-
tutiones, & ſingulariter una ſubſtitutio in qualibet perſo-
na ſeu portione, & hoc uoluit Bar. poſt Dynum infra
circa contrarium. l. pen. C. de impuberum, dicit enim, quod i.
ſubſtitutione de qua in text. noſtro teſtator uidetur ele-
giſſe fidem cuiuslibet per ſe, & propterea quod ſint diuer-
ſa, & plura fideicommiſſa, & hoc eſt uerißimum, ut infra
dicetur. Hoc tamen non procedit quãdo extaret una ex
tribus prædictis cauſis, propter quam præſumeretur te-
ſtatorem uoluiſſe ſolum coniunctim omnes grauare in
una ſubſtõne, non ſingulos per ſe in diuerſis ſubſtitutioni-
bus, quia eo caſu quo poſſet afferre præiudicium in ali-
qua dictarũ cauſarũ, nunquã ex mẽte interpretari poteſt, quod
ſint plures ſubſtitutiones, & ſingulariter una in portione
cuiuslibet, ita quod exiſtẽte cõditione in perſona unius poſsit
habere effectum ſubſtitutio in eius portione, & hoc con-
cludunt docto. magis communiter infra in materia, &
bene, ut ibi declarabo. quomodo autem poſsit ex tacita
mente præter, & ultra ſignificationem uerborum inferri
iſta interpretatio, quod ſint plura fideicommiſſa ſeu plu-
res ſubſtitutiones, & quod ſingulis, & i portionibus ſin-
gulorum dicatur facta una ſubſtitutio, dicam ſtatim, de-
clarando mentem tex. noſtri. Eſt tamen una difficultas
circa id quod ſupra dixi, uidelicet. quod ubi ſit illa con-
ditio, ſi uterq; deceſſerit, & utriq; ſit facta ſubſtitutio in
una oratione, quia ſit unum tantum uerbum diſpoſitiuũ
quod ex proprio ſignificatu importabitur tantum unica
ſubſtitutio, quæ ſit communis utriq; non autem una ſub-
8 ſtitutio, in ſingulis ipſorum, † nam iſtud uidetur contra
text. in. l. pen. C. de impuberum quia dum tex. refert, quod
in caſu illo eſſet magna altercatio inter iuriſconſultos
antiquos, an poſt mortem primi pupilli illico debeat ad-
mitti ſubſtitutus, & deciditur contra ſubſtitutum propter
præſumpta mentem defuncti ponderatam in text. uide-
tur manifeſte præſupponere, quod ſignificatio uerborũ
ſit pro ſubſtituto, nam ſi foret contra ſubſtitutum nulla
potuiſſet eſſe dubitatio. ex quo clarum eſſet, quod ſubſti-
tutus non deberet admitti, ſi aduerſus eum, ultra ſignifica-
tionem uerborum, eſſet etiam præſumpta mens diſpo-
nentis, unde ſequitur quod ſignificatio uerborum impor-
tat, quod ſit una ſubſtitutio in ſingulis pupillis, & non una
tantum communis omnibus, & re uera quicquid dicant
doct. negari non poteſt, quia in tex. illo præſupponatur
quod ex ſignificatione uerborum intelligatur facta ſub-
ſtitutio ſingulis pupillis & quod exiſtente conditione
in perſona unius ſit admittenda, ut infra dicetur in glo.
Huic difficultati reſpondetur, quod tex. ille procedit in
pupillari in qua de eius natura non poſſumus intellige-
re unam tantum ſubſtitutionem, quæ ſit communis om-
nibus, unde ſi uerba ſignificant quod duobus ſit facta, ne-

ceſſario ſignificabunt, quod in ſingulis ſit una ſubſtitutio
ſed aliud eſt in uulgari & in fideicom. quia pôt eſſe una
uulgaris, & una fideicom communis omnibus, quibus-
ſit abſq; eo quod intelligatur una ſubſtitutio in ſingulis
ipſorum, ut ſupra dixi & latius infra dicetur in materia.
9 Ex omnibus prædictis habens notare hanc concluſioné:
quod quoties uel ex ſignificatione uerborum, uel ex præ
ſumpta mente præter & ultra ſignificatum uerborum in-
telliguntur plures ſubſtitutiones, uidelicet una ſubſtitu-
tio in ſingulis ſemper habebit effectum ſubſtitutio in
cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio. ubi uero intel-
ligitur una tantum ſubſtitutio communis omnibus qui-
bus ſit, & non una in ſingulis, tunc non habebit effectum
ſubſtitutio, niſi conditio exiſtat in perſonis omniũ, quæ
concluſio eſt uera & ultra prædicta manifeſtiſſime pro-
babitur ex pluribus, quæ infra dicemus & illam apertiſſi
me præſupponit tex. noſter, ut ſtatim patebit ex declara-
10 tione intellectus & rationis ipſius tex.
¶ His ſic præmiſſis † forma caſum, prout in tex. uidelicet
teſtator inſtitutis duobus filiis eos adinuicem ſubſtituit
ſub ea forma, ſi quis prior diem ſuum ſine filiis obierit re
ſtituat partem ſuam ſuperſtiti, deinde utriq; filio ſubſti-
tuit claudiã eius neptem ſub ea forma uidelicet ſi uterq;
ſine filiis deceſſerit uolo omnem hæreditatem peruenire
in claudiam neptem meam. filius qui primo deceſſit re
liquit filios, ſecundus uero deceſſit ſine filiis, ita quod in
portione primi defecit ſubſtitutio fratris, & ſubſtitutio
claudie, ex quo cõditio in perſona primi defecit, in por
tióne uero ſecundi clarum eſt quod defecit illa recipro
ca ſubſtitutio fratris, ex quo primus frater, qui erat ſubſti
tutus, deceſſit pendente conditione, & fideicommiſſum
conditionale non tranſmittitur, ut infra dicetur in glo.
fuit igitur dubitatum, an in portione huius ultimi habeat
effectum ſubſtitutio claudie. & tex. noſter arguit ad par-
tes & decidit pro claudia ſubſtituta, & pro opinione q̃d
non habeat effectum ſubſtitutio in parte ultimi, & clau-
dia non debeat admitti argumentatur ex ſignificatio
ne uerborum. quia cum ſit ſimul facta ſubſtitutio in una
oratione, & adſit unum tantum uerbum diſpoſitiuum, et
ſit adiecta illa cõditio, ſi deceſſerit ſine filiis; uerba huius
conditionis denotant ſolum unum fideicommiſſum to-
tius hæreditatis ſimul debendũ, in caſu quo uterq; filius
decedat ſine filiis, non autem denotant aliquod fideicõ-
miſſum de portione unius tm̃ in caſu quo unus tm̃ ſine
filiis decedat, unde ſequitur, ꝙ nõ debuiſſet admitti clau
dia ad portionem ultimi, quia illud fideicommiſſum in
parte ultimi tantum, caſu quo unus decedat ſine filiis nõ
ſignificatur per uerba. & regula iuris eſt quod non ſuf-
ficit ad inducendum diſpoſitionem ultimarum uolunta-
tum ſola uoluntas teſtantis niſi etiam ad ſint uerba quæ
illam ſignificent ſaltem ex largo & improprio ſignifica-
tu. l. in ambiguo ſupra de re dub. l. labeo. in fin. ſupra de
ſuppellec. lega. l. ſi quis in fundi nocabulo ſupra de le
gatis primo, nam quemadmodum in teſtamento in ſcri-
ptis requiritur, quod per ſcripturam poſſit legi & intelli-
gi uolũtas teſtantis. l. prima ſupra de iis quę in teſta. de-
lentur l. quoties in princi. & § primo ſupra de hæredi.
inſti. ita etiam in teſtamento nuncupatiuo requiritur
quod ex uerbis uoluntas poſſit ſignificari, ad effectum ut
inducat diſpoſitionem ualidam ut in. ll. præallegatis et
dicunt Bal. & Imol. in d. l. quoties § primo hoc eſt, quod
uoluit dicere tex. noſter in illis uerbis, prima facie pro-
pter conditionis uerba admitti non uidebatur. Sed pro
alia opinione, quòd admitti debeat ſubſtitutio in parte
ultimi, quàmuis uerba non ſignificent fideicommiſſum
in parte unius, caſu quo unus tantum decedat ſine fi-
liis, argumentatur text. in hunc modum. In fideicom-
miſſis inſpicimus uoluntatem, hoc eſt, ſola uoluntas,
de qua legitimæ conſtet, abſque eo quòd uerba il-
lam ſignificent, eſt ſufficiens ad inducendum diſpo-
ſitionem fideicommiſſi, ſed in caſu noſtro conſtat legi-
time de uoluntate teſtantis, quòd inducatur fideicom-
miſſum in parte ultimi, licet ultimus tantum decedat ſi-
ne filiis, igitur debet admitti huiuſmodi fideicommiſ-
ſum. Aſſumptum, uidelicet, quòd ſola uoluntas ſine
ſignificatione uerborum ſufficiat ad inducendum diſpo-
ſitionem fideicommiſſi tex. non probat. ſed illud præ-
ſupponit tanquàm per ſe notum Ego uero infra in nota
bilibus probabo. Minorem uero uidelicet quòd conſtet
legitime de uoluntate teſtantis probat tex. noſter in his
uerbis. abſurdum uideri ceſſante reciproca ſubſtitutione,
partis nepti petitionem denegari, quam totum habere
uoluit, ſi nouiſſimus fratris quoque portionem ſuſcepiſ-
ſet. Ad quorum uerborum declarationem præmittendũ
11 eſt, † quòd ubi teſtator ſubſtituit in tota hæreditate poſt
mortem utriuſque hæredis, in conſequentiam infertur,
quòd uelit etiam ſubſtituere in parte poſt mortem unius
quando non eſt maior ratio ſubſtituendi in tota hæredi
tate utroque decedente, quã ſubſtituendi in parte altero
tantum decedente, nam tunc militat argumentum quòd
idem iuris eſt de parte quoad partem quòd de toto quo
ad totum. l. quæ de tota ſupra de rei uend. Hoc tamen
fallit quando ſubeſt aliqua ratio ſeu cauſa, per quam præ
ſumatur teſtatorem nolle ſubſtitutum admitti ad partem
altero tantum decedente, nam tunc non eſſet eadem ra-
tio ſubſtituendi in parte altero decedente quæ eſt in ſub-
ſtituendo in toto utroque decedente, & ubi non eſt ea-
dem ratio non procedit argumentum de toto ad partẽ,
glo. in l. qui hominem in ſi. infra de ſolutio. & in clem. ſi
una, in uerbo defenſor, de rebus alienis non alienan. Præ
12 mittendum etiam eſt, † quòd ubi primus qui decederet,
grauatur reſtituere partem ſuam ſuperſtiti. & deinde no-
uiſſimus grauatur reſtituere totam hæreditatem, uideli-
cet partem ſuam, & partem quam habuit a primo alteri
fideicommiſſario, quòd hic primus non ſolum intelligi-
tur grauatus reſtituere partem ſuam illi cohæredi ſuper-
ſtiti, in caſu quo fideicommiſſum habeat effectum in p-
ſona dicti cohæredis & fideicommiſſarii, ſed etiam in ca-
ſu quo primum fideicommiſſum deficiat, intelligitur ta-
cite & in conſequentiam grauatus reſtituere partem ſuã
illi ſecundo fideicommiſſario, quia illud primum fidei-
commiſſum remanet apud eum cum onere illius ſecun-
di fideicommiſſi. l. prima §. pro ſecundo. C. de caducis
toll. l. ſi ab eo ſupra de uſufruc. lega. declarat Bar. in l. ſi fi-
deicommiſſum ſupra de lega. i. Bar. Pau. Alex. & alii. in l.
quàmdiu la ultima ad fin. ſupra de acquir hæredita. unde
ſequitur, quòd in caſu tex. noſtri quàmuis uerba ſignifi-
carent ſolummodo, quòd ultimus ſit grauatus in tota hæ
reditate in ſubſtitutione facta de dicta claudia, tamen in
conſequentiam caſu quo non haberet effectum recipro-
ca ſubſtitutio. & ultimus non ſuſciperet partem primi,
uideretur etiam grauatus primus per fideicommiſſum
reſtituere partem ſuam claudie, ita quòd in caſu quo ceſ-
ſaret reciproca ſubſtitutio, in conſequentiam ſinguli in-
telligerentur grauati reſtituere ſuam partem claudie.
Præmittendum eſt etiam tertio, quòd in caſu text. noſtri
ratio propter quam teſtator ſolum ſubſtituit claudiam
in una ſubſtitutione de tota hæreditate, in caſu quo utera
que filius decederet ſine filiis, non autem in pluribus
ſubſtitutionibus, & ſingulis portionibus, caſu quo al-
ter tantum decedat, non eſt, quia uelit quòd nepotes
ex uno filio poſiti in conditione excludant claudiã ſub-
ſtitutam a portione alterius filii, qui ſine filiis decederet.
ex quo nepotes ex uno filio non ſunt tales, ꝑ quos præ-
ſumatur teſtatorem uoluiſſe excludere ipſam claudiam.
cum etiam ipſa ſit neptis, & in eodem, uel ſimili gradu
cõiuncta, prout dicti nepotes, uerum ſolummodo cẽſeri
poteſt id factum ob eã cauſam, ne ſubſtitutio de illa clau-
dia impediat reciprocam ſubſtitutionem factam inter ip
ſos fratres. Iſtis ſic ſtantibus aperte patet, quomodo text,

164

uelit deducere ſuum argumentum in prædictis uerbis, nam uoluit dicere, e ceſſet cauſa propter quam teſtator ſolum ſubſtituit claudiam omnibus ſimul iu una ſubſti-
tutione de tota hæreditate & in caſu quo uterq; decedat ſine filiis, quia ceſſat reciproca ſubſtitutio, abſurdum eſt, ſi uolumus negare, quin hoc caſu poſsit ex ſola mente in-
telligi fideicommiſſum de parte ultimi in cuius perſona extitit conditio, quia ſi uis, quòd uerba ſignificent, ut om-
nes ſint grauati in uno fideicommiſſo de tota hæredita-
te caſu quo uterque decedat, & tunc ſequitur, quòd in conſequentiam inferatur, quod uelit eſſe fideicommiſ-
ſum etiam in parte eius tantum, in cuius perſona extitit conditio, quia in caſu iſto non eſt maior ratio ſubſtituẽ-
di claudiam in uno fideicommiſſo de tota hæreditate utroque decedente ſine filiis, quàm ſubſtituendi in parte eius qui deceſsit ſine filiis, & ideo militat argumentum d. l. quæ de tota, ut dictum fuit ſupra, ſi etiam uis intelli-
gere, ut uerba ſignificent, quòd claudia ſit ſubſtituta in uno tantum fideicommiſſo de tota hæreditate deben-
dum ab ultimo tantum, & tunc idem, quia in conſequen-
tiam huius fideicommiſsi, quod uerba ſignificant, infer-
tur quòd omni caſu quo ceſſat reciproca ſubſtitutio in-
ter ipſos fratres quilibet qui decederet ſine filiis uideat. grauatus reſtituere portionem ſuam claudie, & ſic ap-
paret quòd ex mente in caſu iſto ſit iniunctum ſingulis fideicommiſſum in ſua portione, & quilibet ſit grauatus in caſu iſto reſtituere portionem ſuam, & propterea quòd in cuiuſcunque perſonæ exiſtat conditio habeat effectum ſubſtitutio, cum ceſſet cauſa, proptee quam ſo-
lummodo ſubſtituit coniunctim in una ſubſtitutione de tota hæreditate, hoc eſt, quod iudicio meo, uoluit dicere tex. noſter in prædictis uerbis, illa enim uerba, ceſſante reciproca, important quòd ceſſet cauſa propter quam te-
ſtator coniunctim omnibus in una ſubſtitutione de tota hæreditate ſubſtituit claudiam. & non ſingulis. in ſingu-
lis portionibus, illa uerba, abſurdum uideri partis nepti petitionem denegare, denotant quòd ſit abſurdum de-
negare, quin in caſu iſto inferatur ex mente, quòd ſubſti-
tutio intelligatur etiam ſingulis facta pro ſingulis por-
tionibus, & pro parte, & illa uerba, quam totum habere uoluit ſi nouiſsimus fratris quoque portionem ſuſcepiſ-
ſet, denotant rationem quare neceſſaro ex mente infera-
tur in caſu iſto quòd ſinguli intelligantur grauati reſtitue-
re portionem ſuam claudie, nam cum nouiſsimus graua-
tur reſtituere totum, uidelicet partem ſuam, & partem quam ex reciproca haberet a primo, infertur neceſſario, quòd ubi ceſſaret reciproca, ſinguli cenſerentur grauati reſtituere ſuam portionem claudie, ut dictum fuit ſupra & hic eſt uerus ſenſus tex noſtri, & ita iudicio meo intel-
lexit Barto. poſt Dinum, quem refert nam ſumando text. dicit fideicommiſſum relictum a duobus &c. & ſic præ-
ſupponit, quòd in text. noſtro fuerit relictum fideicom-
miſſ. claudie, non tantum ab vltimo, ſed a duobus, & nõ tantum ultimus, ſed etiam primus ſit grauatus reſtituere claudie, & infra circa contrarium l. pen. dicit quòd in ea ſu text. noſtri pluralitas conditionum iccirco reſpicit di-
uerſos effectus, quia uidetur teſtator elegiſſe fidem cu-
iuslibet per ſe, quæ uerba neceſſario important, quòd in hac ſubſtitutione de claudia teſtator uideatur elegiſſe fi-
dem cuiuslibet filii per ſe, & ſic ſingulos grauaſſe reſti-
tuere portionem ſuam claudie, & cum iſtud non poſsit eſſe ex ui uerborum, quia ſignificatio uerborum ſolum complectitur unum fideicommiſſum de tota hæreditate relictum ab ultimo filio, uel relictum ab utroque ſimul & coniunctim, ut dicit tex. ſequitur quòd iſtud, quòd cen-
ſeantur ſinguli per ſe grauati, & electa fides cuiuslibet per ſe, & quòd inducantur diuerſa fideicom. ueniat ſolũ ex mente, & quòd ratio decidendi tex. noſtri ſit, quia in conſequentiam illius fideicommiſsi de tota hæreditate

coniunctim relicti ab utroque ſimul, uel a nouiſsimo, q̃d uerba ſignificant, infertur, ex mente, quòd etiam ſin-
guli per ſe uideri debent grauati reſtituere portionem ſuam, & quòd cenſeantur plura fideicommiſſa, iccirco exiſtente conditione in perſona unius admitti debeat ſubſtitutio in eius portione. Plures alii intellectus ad text. noſtrum aſsignantur per Docto. infra circa contra-
rium. d. l. penul. de quibus ibi dicetur. uidere igitur po-
tes, quæ ſint concluſiones ille, quas præſupponit text.
13 noſter in hac ſua principali deciſione, † nam præſup-
ponit primo illam concluſionem, quòd in hoc fi-
deicommiſſo, ſi uterque filius deceſſerit ſine filiis uo-
lo omnem hæreditatem deuenire in claudiam, ſignifi-
catio uerborum non complectitur niſi unum fideicom-
miſſum de tota hæreditate, coniunctim iniunctum utriq; filio, uel nouiſsimo tantum, non autem complectitur aliquod fideicommiſſum, per quod aliquis ſit graua-
tus per ſe in ſua portione, & hoc uult text. noſter ibi,
14 propter conditionis uerba, & dictum fuit ſupra. † Se-
cundo præſupponit quòd in conſequentiam huius fi-
deicommiſsi de tota hæreditate coniunctim omnibus iniunctum, uel nouiſsimo, inferatur etiam ex mẽte, quòd etiam ſingulos per ſe teſtator uoluit grauare in ſua por-
tione, & quòd ſingulis per ſe ſubſtituit, hoc præſupponit text. noſter in eo dum uult quòd ex mente præter & ul-
tra ſignificationem uerborum ex iſto fideicommiſſo, de quo in text. noſtro inferatur unum fideicom. de parte ul-
timi tantum, & iſta concluſio manifeſte probatur ex iis, quæ dixi ſupra declarando rationem, & intellectum text. Tertio præſupponit, quòd donec ſubeſt ratio, ſeu cauſa propter quam præſumatur teſtatorem coniun-
ctim omnes grauaſſe in uno fideicommiſſo de tota hæ-
reditate, non poteſt ex mente inferri ad fideicommiſſum de parte unius tantũ, ſed ſolum poſtquàm ceſſat dicta ra-
tio ſeu cauſa, ita uult tex. noſter in his ÷bis ceſſante recipro-
ca ſubſtitutione: nam manifeſte in his uerbis denotatur quòd donec ſubeſt reciproca ſubſtitutio, & ſic cauſa pro-
pter quam coniunctim in uno fideicommiſſo omnibus ſubſtituit, non poſsit inferri ex mente fideicommiſſum de parte unius tantum, ſed ceſſante dicta cauſa omnino inferatur ex mente illud fideicommiſſum de parte ſeu
15 portione. † Quarto præſupponi text. quòd quoties in-
terpretamur, quòd ſit tantum unum fideicommiſſum de tota hæreditate, in quo coniunctim omnes ſint graua-
ti, nunquàm exiſtente conditione in perſona unius tan-
tum poſſet habere effectum ſubſtitutio in eius portione hoc uult tex. noſter in eo quod dicit, quòd ex quo ſigni-
ficatio uerborum non comprehendit niſi unum fidei-
commiſſum de tota hæreditate coniunctim omnibus uel nouiſsimo iniunctum quòd ideo ex ſignificatione uer-
borum exiſtente conditione in perſona unius tantum non admittatur fideicom. in eius portione. Ratio hu-
ius eſt pluſquàm manifeſta, nam ſi ſolum interpretamur unum fideicom. de tota hæreditate. quomodo poſſum' admittere fideicommiſſum de portione tantum, quia ſi uolumus admittere fideicommiſſum de portione tantũ, neceſſe eſt quòd interpretemur unum fideicommiſſum in qualibet portione, & ſic quod ſint plura fideicom-
miſſa, & tot quot portiones, & recedamus ab illa in-
terpretatione, quod ſit unum tantum fideicommiſſum
16 de tota hæreditate. † Quinto præſupponit text. quòd quoties interpretamur unum fideicom. in qualibet por-
tione, & quòd ſinguli pro ſuis portionibus intelligantur grauati, & intelligantur plura fideicommiſſa, quàmuis di-
cta interpretatio ſumatur ex ſola mẽte, præter & ultra ſi-
gnificationem uerborum, quòd tunc ſemper exiſtente conditione in perſona unius habebit locum ſubſtitutio in eius perſona. & portione, nam ut ſtatim declaraui text. noſter uult, quod ex quo ceſſante reciproca ex mente

te inſertur, ꝙ ſinguli per ſe ſint grauati reſtituere portionem ſuam claudie, ut in quolibet eorum ſit unum fideicommiſſum de ſua portione. quod iccirco exiſtente conditione in perſona unius admittatur fideicom. ſubſtitutio in eius parte, & portione, & iſte omnes concluſiones ſunt uere, ut patet ex iis, quæ ſupra dixi in euidentialibus, & ex iſtis concluſionibus uniuerſalibus. quas præſuppoſuit tex. noſter dependet reſolutio omnium difficultatum, quæ ſunt in hac materia. & quamuis iſta concluſio, uidelicet quod ubi interpretamur unum fideicommiſſum, ſeu unicam ſubſtitutionem tantum de tota hæreditate communem omnibus non habeat effectum ſubſtitutio exiſtente conditione in perſona unius tantum, ubi uero interpretamur plura fideicommiſſa, ſeu plures ſubſtitutiones, uidelicet unam ſubſtitutionem in ſingulis, quibus ſit, quod in cuiuſcunque perſona exiſtat conditio habeat effectum ſubſtitutio, ſit certa. & probetur manifeſte ex iis, quæ dixi ſupra in euidentialibus, & illam præſupponat text. noſter ut ſupra deduxi, ut tamen tollatur omnis dubitatio, & non poſsit iſta concluſio, ex qua dependet declaratio fere totius materiæ, amplius in dubium reuocari, inquirendæ ſunt rationes per quas neceſſario & concludenter dicta concluſio comprobetur.

17 ¶ Prima ratio per † quam dicta concluſio probatur, eſt, quod quando conditio adiecta diſpoſitioni non reſpicit uniformiter totam diſpoſitionem, ſed difformiter, facit ſolum conditionem, pro ea parte cui conuenit & adaptatur, non ꝓ aliis partib. quib. non adaptat. caſus eſt in l. fin § ſeio ſupra de legat. ii. in l. Iulius Paulus. & l. quæ conditio, ſupra de condit. & demonſtratio. Bartol. in l. ſeio § cato ad fin. ſupra de fund. inſtruct. modo quando interpretamur unam ſubſtitutionem de tota hæreditate commune omnibus & quæ non poſsit in parte habere effectum, quælibet pars huius conditionis, ſi uterque deceſſerit, uniformiter conuenit & adaptatur fideicommiſſo totius hæreditatis, quia illud non diuiditur, & propterea conditio in perſona unius facit conditionem reſpectu totius fideicommiſsi, ut deficiente conditione in perſona unius non poſsit habere effectum, quando eſt unum tantum fideicommiſſum, nam tunc cum ſit unum fideicommiſſum, dictæ conditiones dicentur reſpicere unum effectum, ſed ubi interpretamur plures ſubſtitutiones, uidelicet unam in ſingulis, quibus ſit, tunc dictę conditiones, ſi uterque deceſſerit, non reſpiciunt uniformiter omnes & ſingulas ſubſtitutiones, quia conditio ſi unus deceſſerit, conuenit & adaptatur ſubſtitutioni ſibi factę non aũt ſubſtitutionibus aliorum, ideo non facit conditionem, niſi in ſubſtitutione ſua non in aliis, & defectus conditionis in perſona unius non facit deficere, niſi ſubſtitutionem ſibi factam, non autem alias. & ideo in cuiuſcunq; perſona exiſteret conditio haberet locum ſubſtitutio, & iſto caſu, quando interpretamur plures ſubſtitutiones, dictę conditiones præciſe dicent reſpicere diuerſos effectus, ut patet.

18 ¶ Secunda eſt ratio, † q̃a quãdo conditio eſt de eo, de quo eſt diſpoſitio regulari debet ſecundum naturam diſpoſitionis quã reſpicit Bar. in l. ſtichũ q̃ meus erit in ultimis uerbis ſupra de leg. i. nã diuidit ꝓut diuidit ipſa diſpõ, ut ibi dicit Bar. ad idẽ eſt tex. in l. falſa § fi. ſupra dẽ cõdi. & dem. ibi. n. eſt cõditio de rebus, q̃ ſunt in diſpoſitione, & diuidit in duas ꝓut ipſa diſpoſitio, facit in l. mitti. quia quemadmodum tranſit diſpoſitio ad hæredẽ, ità etiã tranſit conditio quæ ſit de eo, de quo eſt diſpõ Barto. & cõmuniter doct. in l. ſi decẽ ꝗ̃ petiero infra de uerbo. obliga. Sali. in l. ſi plures. C. de condi. inſer. q̃uis conditio ſui natura, cũ ſit facti, non tranſeat ad hæredes. l. qui hæredi in prin. & l. cum ita ff. de condi. & dem unde cũ in caſu noſtro, conditio ſit de perſonis, quibus ſit ſubſtitutio, propterea debet diuidi inter eos, ꝓut inter illos diuiditur, & diſtribuitur ſubſtitutio, quemadmodũ diuiditur etiã conditio de perſonis honoratis ĩ diſpoſitione, ubi ĩter illos ab initio diuidit diſpoſitio. d. l. q̃ hẽdi § ſi duorũ l. cui fundus ſupra de cõdi. & demon. Iſtud tñ, qđ dixi, uidelicet ꝙ conditio de eo de quo eſt diſpõ diuidat ꝓut ipſa diſpõ, intellige ſecundũ prædictam rationem, uidelicet qñ non reſpiciat uniformiter omnes partes diſpoſitionis, uerum reſpiciat diuerſos effectus, ita uult Bar. in d. l. ſtichum qui meus erit, iunctis his, quæ dicit in d. l. falſa § fin. nam licet in d. l. ſtichũ dicat generaliter, ꝙ cõditio de re, de qua ſit diſpoſitio diuidatur, ut poſsit per partes adimpleri, tamen in d l. falſa § fi. dicit quod in caſu d. l. diuidatur, ex quo reſpicit plures effectus, & tamen ibi conditio eſt de ea re, de qua eſt diſpoſitio, & ratio huius diuiſionis eſt, propter id quod dictum fuit in præcedenti ratione, uidelicet, quod conditio non debet facere diſpoſitionem conditionalem, niſi pro illa parte, pro qua ſibi conuenit, & adaptatur, ubi uero reſpiceret uniformiter totam diſpoſitionem, & eundem effectum, non diuideretur, quamuis ex poſt facto diſpoſitio poſſet diuidi. & ita procedit quod dicunt Bar. & docto. in l. iiii. § cato in viii. opp. infra de uerb. obliga. ubi dicunt, quod licet principalis conuentio de dando ſit diuidua, quod tamen conditio de eo quod eſt dandum ſit indiuidua, quoad commiſsionem ſtipulationis pęnalis, nam tunc, quia eſt una ſtipulatio pęnalis, & unus effectus, propterea non diuiditur, ut declaraui in d. § cato.

19 ¶ Tertia eſt ratio, quia ubi plures conditiones † coniunguntur per ſe principaliter reſpectiue ad unam diſpoſitionem per ſe, tunc non requiritur concurſus dictarum conditionum, ſed qualibet exiſtente procedit diſpoſitio Barto. in l. ſi is qui ducenta § utrum colum. iiii. uerſiculo tertio caſu ſupra de reb. dub. & in l. ſcire debemus colum. prima, uerſiculo breuiter infra de uerbo. obliga. ſed ubi interpretamur plures ſubſtitutiones, ideſt, unam ſubſtitutionem in ſingulis, iſtę conditiones coniunctę per copulam, uel per ſignum collectiuum, ſeu uniuerſale ſtant per ſe principaliter reſpectiue ad unam ſubſtitutionem per ſe, nam conditio in perſona unius ſtat principaliter per ſe reſpectiue ad ſubſtitutionem illi factam, & ſic de aliis, ut ſupra dictum fuit, igitur non requiritur concurſus, ſed exiſtente conditione in perſona unius habebit effectum ſubſtitutio ſibi facta, ubi uero ſit una tantum ſubſtitutio de tota hæreditate communis omnibus, tunc omnes conditiones dicentur coniunctę non per ſe principaliter, ſed omnes reſpectiue, ad unũ eundem effectum & unicam ſubſtitutionem, & ideo eo caſu habentur omnes pro una conditione, & requiritur concurſus l. ſi hæredi plures ſupra de cond. inſti. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit infra de uerb. obliga. Bar. in d. § utrũ, & in d. l. ſcire debemus. Non obſtat ſi dicatur, ꝙ eo quo conditiones ſunt coniunctę per ſignum uniuerſale, ſeu collectiuũ ꝙ ideo omnes debent adimpleri, quia ad iſtud eſt ſolutio, ut dixi ſupra in euidẽtialib' uidelicet, ꝙ dicta conditio ſtet uniuerſaliter quoad oẽs ſubſtitutiones & ad ſubſtitutiones ſiti perſonis & portionib. omniũ ſed diuiſiue. & diſiunctiue, quoad ſingulares ſubſtitutiones in ſingulis, ꝑſonis & portionib. ꝓut & diſpoſitio ſtat uniuerſaliter quoad oẽs, quia omnib. fuit facta, ſed diuiſiue & diſiunctiue quoad ſingulos, quia etiam ſingulis fuit facta. Non obſtat etiam ſi dicatur, ꝙ ubi plures cõditiones coniunguntur, ꝙ omnes debent adimpleri. d. l. ſi hæredi plures d. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit, quia ſolutio eſt ut ſupra dixi, ꝙ iſtud procedit, quando dictę omnes conditiones reſpiciunt eundem effectum, nam coniunguntur pro eadem cõditione, ſecus ubi coniunguntur ꝑ ſe principaliter & reſpiciunt diuerſos effectus, quia tunc haben

tur pro pluribus conditionibus, ut dicitur ll. ll. palleg.
& ſupra dictum fuit unde eum in caſu interpretamur
plures ſubſtitutiones, dictæ conditiones reſpiciant di
uerſos effectus. & dicantur commiſtæ per ſe principali
ter, ideirco non requiritur concurſus, ex quibus habes
quod dicta concluſio ſupra firmiſſima eſt certa, & indubi
tata, & non poteſt amplius in dubium reuocari. Ha
bes etiam qua ratione procedat illa concluſio, ſeu regu
la doctorum, uidelicet quod pluralitas conditionum
reſoluitur in ſingulares conditiones, ubi reſpiciat di
uerſos effectus. d. l. falſa. §. fi. nam ratio eſt ut ſupra dixi,
quia una conditio non debet facere conditionem, niſi
quoad illum effectum, quem reſpicit, non quoad alium
d. l. fi. §. ſtio cum concordan. & quia ſi diſpoſitio diuiſ
ditur in plures effectus, & diſpoſitiones, eodem modo
conditio. d. l. falſa. §. fi. d. l. ſtichum qui meus erit cum
concordan. & quia ſi reſpiciunt diuerſos effectus, dicen
tur omnino coniunctæ per ſe principaliter non pro una
conditione, ſed pro pluribus, & ideo non requiritur
cõcurſus ad effectum ut diſpoſitio una, ſeu unius effectus
habeat locum, uerum ſolum ad hoc, ut omnes diſpoſitio 19
nes, & omnes effectus locum habeant, ut per Barto. in d.
20 §. utrum, & in dicta l. ſi hæredi plures.

¶ Ad unum etiam debes aduertere † quod nunquam
plures conditiones dicentur reſpicere plures effectus,
niſi quando ſunt conditiones de rebus, ſeu perſonis
circa quas uerſatur diſpoſitio, de rebus eſt caſus in dicta
l. ſtichum, & dicta l. falſa. §. fin. de perſonis honoratis
eſt caſus in d. l. qui hæredi §. ſi duorum, & dicta l. cui
fundus. de perſonis grauatis, & quibus fit ſubſtitutio
eſt caſus in tex. noſtro, & in l. lucius. §. caio infra eo. et
in l. fi. §. filium ſupra de lega. ii. nam tunc una condi
tio poteſt conuenire, & adaptari uni diſpoſitioni, ſeu
effectui, & alia conditio alteri, ut ſupra dictum fuit, ſed
ubi conditiones ſunt de aliquo extrinſeco, quod non
reſpiciat nec res, nec perſonas, circa quas uerſatur di
ſpoſitio nunquam cenſentur reſpicere diuerſos effectus
uerum ſemper eundem effectum, quia quælibet condi
tio talis dicetur conuenire uniformiter utrique diſpoſitio
ni, ſeu effectui, nam gratia exempli, ſi dictum ſit, lego
ſtichum, & Pamphilum ſi nauis uenerit, & titius con
ſul fuerit, quælibet conditio cenſeri poteſt adiecta pro
pter legatum ſtichi, ſicut propter legatum Pamphili,
ideirco dicentur reſpicere eundem effectum, idem eſt in
d. l. ſi hæredi plures, & dicta l. ſi quis ita ſtipulatus fue
rit, illud etiam fuit de mente Bar. nam licet in dicta l.
falſa §. fin. dicat quod ſemper pluralitas conditionum
reſoluatur in ſingulares conditiones, quando reſpiciunt
diuerſos effectus tamen in d. l. ſtichum, & dicta l. penul
ti. C. de condit. inſer. nunquam admitti diuiſionem
conditionum, niſi quando reſpiciunt res, aut perſonas
circa quas uerſatur diſpoſitio: unde infertur quod præ
ſupponat non poſſe dari caſum, quod plures conditio
nes ſimul coniunctæ in una diſpoſitione reſpiciant di
uerſos effectus niſi ſint de rebus, aut perſonis, circa
quas uerſatur diſpoſitio. & ideo alias inferebam, quod
limitatio, quam dat Iaſ. in d. l. ſi quis ita ſtipulatus fue
rit, poſt Salice. quem refert, ad regulam d. l. falſa. §. fin.
uidelicet ut non procedat in conditionibus extrinſecis
quæ non ſunt de rebus, uel perſonis deductis in diſpo
ſitione, foret ſuperflua, quoniam hæc limitatio non eſt
de regula, cum non poſſit dari caſus, quod plures condi
tiones, quæ non ſunt de rebus, & perſonis deductis in
diſpoſitione ſimul coniunctæ in una diſpoſitione re
ſpiciant diuerſos effectus.

21 ¶ † Id quod ſupra dixi in fideicommiſſaria facta plu
ribus dicendum eſt etiam in uulgari, & pupillari, quia
eo caſu quo interpretabimur eſſe unam tantum ſubſti
tutionem uulgarem de tota hæreditate communem
omnibus, quibus fit, tunc pluralitas conditionum dice
tur reſpicere unum effectum, ſeu ſubſtitutionem, &
non poterit habere effectum ſubſtitutio niſi conditio
in omnibus hæredibus exiſtat, & tota hæreditas uacet
eo uero caſu, quo interpretamur eſſe plures ſubſtitutio
nes, & unam in ſingulis hæredibus pro ſingulis por
tionibus, tunc dicentur reſpicere diuerſos effectus, &
ſubſtitutiones, & in cuiuſcunque perſona exiſtat condi
tio, habebit effectum ſubſtitutio. Idem eſt in pupilla
ri facta pluribus, quia eo caſu quo interpretamur plu
res ſubſtitutiones pupillares, & unam ſubſtitutionem
in ſingulis, quibus fit, ſemper pluralitas conditionum
dicetur reſpicere diuerſos effectus, & diuerſas ſubſtitu
tiones, & in cuiuſcunque perſona exiſtat conditio habe
bit effectum ſubſtitutio. ubi uero interpretatio ſumere
tur, quod eſſet una tantum ſubſtitutio communis om
nibus pupillis, & non plures, nec una in ſingulis ipſo
rum, tunc diceretur pluralitas conditionum reſpicere
eundem effectum & ſubſtitutionem, & non haberet ef
fectum ſubſtitutio exiſtente cõditione in perſona unius
tantum, quo uero interpretari poſſit, quod ſit una tan
tum ſubſtitutio pupillaris communis duobus pupillis,
infra declarabitur loco ſuo, ex quibus patet, quod in di
ſcuſſione quæſtionum circa hanc materiam, & quan
do in ſubſtitutione facta pluribus exiſtente conditione
in perſona unius ſolum inquirendum eſt, an cenſeri de
beant plures ſubſtitutiones, an uero unica tantum, &
hæc ſufficiant, quoad ea, quæ tex. noſter præſupponit in
ſua principali deciſione.

¶ Vltra principalem deciſionem, plura alia notabilia
colliguntur ex text. noſtro, nam primo ex illis uerbis,
ſed quia in fideicommiſſis inſpicimus uoluntatem, duo
notantur ex text. primum, quod ſpecialius in fideicom
miſſis attendatur uoluntas, magiſquam in aliis diſpoſi
tionibus ultimarum uoluntatum. Secundum quod de
ciſio text. noſtri non procederet in directis ſubſtitutioni
bus, adeo quod ſi teſtator inſtitutis duobus filiis pupil
lis, & inuicem ſubſtitutis exinde ſubſtituiſſet Titium in
tota hæreditate ſub conditione, ſi uterque deceſſiſſet in
pupillari ætate, quod eo caſu ultimo ſolum moriente
in pupillari ætate, quamuis ceſſaret reciproca ſubſtitutio
non tamen haberet effectũ ſubſtitutio illius Titii in por
tione, & perſona illius ultimi filii, ita uidetur uelle text.
noſter in his uerbis, nam ſi aliter diceremus, ſuperflua
fuiſſet hæc ratio, ſed quia in fideicõmiſſis &c. cum idẽ
eſſet in quacunque ſubſtitutione etiam directa.

22 ¶ † Circa primum concordat tex. in l. cum uirum. C. de
fideicom. in l. cum proponebatur ſupra de lega. ii. in l.
pen. ſupra de lega. i. in §. ſed non uſque inſti. de lega. cum
pluribus aliis concordanti. in quibus dicitur quod in fidei
commiſſis inſpicitur uoluntas. Tamen in contrarium fa
cit, quia iſtud non uidetur eſſe ſpeciale in fideicommiſſis, ue
rum quod idem ſit in quibuſcunque aliis diſpoſitionibus
ut in exhæredatione ut tex. in l. iii. C. de lib. præt. in ſub
ſtitutione directa eſt tex. in l. iam hoc iure ſupra de uulg.
In contractibus eſt tex. in l. in conuentionibus infra de
uerb. ſig. in l. ſed & celſus §. ſi fundus ſupra de contrahẽ.
emp. in l. ſi C. quæ res pign. obliga. poſ. Pro ſolutione
Alex. hic dicit quod idẽ eſt in inſtitutione directa. & Cor. in
d. l. cum uirum, uult idem eſſe in contractib. Sed hoc uidetur
contra tex. noſtrũ & concordantes dum iſtud ſpecialiter
exprimunt in fideicom. & manifeſte confunditur per tex.
in d. §. ſed non uſque ubi tex. dicit, quod ex quo in fideicom
miſſis inſpicimus uoluntatem proceſſerunt plures diffe
rentiæ iure iſto digeſtorum inter legata & fideicommiſ 23
ſa. Vnde pro ſolutione, & declaratione prędictorũ ſciẽdũ
eſt quod in ultimis uoluntatibus ſola uoluntas non ſufficit
ad inducendum diſpoſitionẽ, quando uerba illa nullo mo
do ſignificant l. in ambiguo ſupra de reb. dub. & prout

ſupra dictum fuit in text. Lex tamen hoc induxit ſpecia-
liter in fideicommisſis, quod ſola uoluntas ſufficiat ad
inducendum fideicommiſſum, quamuis uerba illam nul
lo modo ſignificent. prout in tex. noſtro, in quo licet uer
ba non ſignificent fideicommiſſum in parte hæreditatis
caſu quo alter tantum decederet, tamen attenta mente
iſtud fideicommiſſum inducitur, ut dixi in tex. Sic in d l.
cum proponebatur, quamuis uerba non ſignificarent
reciprocam ſubſtitutionem de eo, quod fuerat relictum
ſub conditione, tamen ex ſola uoluntate ſine uerbis indu
citur, ſic eſt in l. fideicommiſſa §. hæc uerba ſupra de leg.
iii. ibi enim uerba ſignificabant conſilium, mens erat, qđ
foret fideicommiſſum, attenditur igitur mens præter, &
ultra ſignificationem uerborum, ſic in .l. nutu. ſupra de
lega. iii. in l. unum ex familia §. ſi. ſupra de lega. ii. unde
dicimus, quod licet uerba prætraria ex quibus inducitur
fideicommiſſum §. ſi. inſti. de ſing. reb. per fideicommiſſ.
relic. non ſignificent quod actio oriatur. Tamen attenta
teſtantis uoluntate præter, & ultra ſignificationem uer-
borum datur actio, ſic etiam dicimus, quod in conſequē
tiam expresſi legati inducitur tacitum fideicommiſſum,
non quod uerba illud ſignificent, ſed quia ex uerbis ex-
presſis colligitur quod de illo adſit uoluntas .l. ſeruum
filii §. ſi. ſupra de leg. i. & prout latius dixi in rub. ſupra
de leg. i. Dum igitur quærimus an in aliis diſpoſitioni-
bus debeat attendi uoluntas, prout in fideicommisſis di
ſtinguendum eſt, quod ſi ſumus in caſu, ubi uerba conue
niant uoluntati ſaltem ex largo ſignificatu, quod tunc
nulla eſt differentia inter fideicommiſſa, & inſtitutiones
ita loquitur tex. in d. l. iii. C. de libe. præte. & l. iii. §. nomi
natim ſupra de iniu. rup. Ratio eſt, quia licet requiratur,
quod iſte diſpoſitiones ſint expreſſe, prout de exhæreda-
tione eſt tex. in l. i. & ii. ſupra de libe. & poſthu. & de in-
ſtitutione dicitur in l. hæredes palam. in prin. ſupra de te
ſta. & in l. iubemus. C. de teſta. tamen ſatis dicuntur expſ
ſe, quando comprehenduntur ſaltem ſub largo, & gene
rali ſignificatu uerborum, Bar. & communiter doct. in l.
i. col. iii. ſupra de uulga. idem Bar. in l. uxorem. §. agri pla-
gam ſupra de lega. iii. & in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe ſu
pra de leg. i. Imo. in l. ſi ſocer. §. lucius col. pen. ſupra ſol.
mat. & hoc caſu diſpoſitio dicitur inducta ex uerbis, nō
autem ex ſola noluntate, & inſpicitur uoluntas potius
ad declarationem uerborum, ut intelligi debeant in lar-
go, & improprio ſignificatu, quam ad inducendum di-
ſpoſitionem de nouo. Aut uero ſumus in caſu, quando
uerba nullo modo conueniunt uoluntati, nedum ex lar-
go & generali ſignificatu, & hoc caſu eſt differentia inter
fideicommiſſa, & alias diſpoſitiones, quia in fideicom-
misſis attenditur uoluntas, non autem in aliis, ut dictum
fuit ſupra. Eſt uerum, quod contra iſtud obſtat prima frō
te tex. in dicta. l. iam hoc iure. cum concordantibus ibi
enim inſpicitur noluntas in ſubſtitutione pupillari taci-
ta comprehenſa ſub uulgari, cui nullo modo uerba con
ueniunt, uerum potius contradicunt, & licet Alex. & alii
hic, & idem Alexand. & Iaſo. in dicta .l. iii. C. de liberis
præteritis, dicant quod in inſtitutione inſpicitur uolun-
tas, per textum in dicta. l. iam hoc iure. & dicant iſtud p-
cedere ita demum, ſi uerba ſaltem ex largo ſignificatu cō
ueniunt, non tamen declarant quomodo illa uerba, ſi hæ
res non erit ſubſtituo, conueniant ſaltem ex largo ſigni-
ficatu tacite pupillari, quinimmo docto. in .l. prima & ſe
cunda ſupra de uulgari. & in l. precibus. C. de impuberū
innuunt, qđ illa uerba contradicant potiuſquam conue-
niant. Pro ſolutione ſolitus ſum dicere altero ex duob.
23 modis, † uel quod illa uerba. ſi hæres non erit, conueniāt
pupillari ſubſtitutioni in caſu nō adite hæreditatis, quia
pupillaris habet duos caſus, uidelicet quando deceſſit
pupillus non adita hæreditate, & quando deceſſit adita
hæreditate, declarant Bartol. & alii in l. ſecunda. colum.
quinta uerſiculo ſed quero ſupra de uulgari. ita quod li-
cet contradicant pupillari in caſu quo deceſſit pupillus
adita hæreditate, tamen ſaltem ex largo ſignificatu con
ueniunt pupillari in caſu non adite, uidelicet, quando an
te aditam hæreditatem deceſſit pupillus, & ideo attendi
potuit uoluntas ad inducendam illam pupillarem in ca
ſu non adite, quæ poſtea potuit ex conjecturis extendi
de caſu non adite, ad caſum adite hæreditatis. ſubſtitutio
enim ſolet extendi de caſu ad caſum. ut not. in .l. prima
ſupra de uulga. & in. l. gallus. §. & quid ſi tantum ſupra
de lib. & poſth. & utilitas huius declarationis eſt maxi-
ma, nam ex ea infertur, quod decedente pupillo ante
aditam hæreditatem, quo caſu ſibi ſuccedītur ex pupil-
lari in bonis propriis pupilli Bart. cum quo tranſeunt ce-
teri. in. d. l. prima columna nona, quod ex iſta pupillari
in hoc caſu mater excluderetur. ex quo in iſto caſu po-
teſt pupillaris dici expreſſa, ſaltem uerbis generalibus,
prout excluditur per pupillarem expreſſam in compen-
dioſa, uel breuiloqua Barto & alii in l. ſecunda, in l. cen-
turio. in. l. lucius ſupra de uulga & de hoc iudicio meo,
24 uidetur caſus † in. l. precibus uerſiculo, nam non eſt in-
certi iuris. C. de impuberum licet a nemine ad hoc pon
deretur, nam in caſu illius text. non poteſt eſſe dubitatio
de ſucceſſione teſtantis, ſed ſolum de ſucceſſione filii,
& tamen text. dicit, quod ſi primo caſu tantum filius
habuit ſubſtitutum, omnimodo eius ſucceſſio ad ma-
trem pertinebit. ſi patri hæres extitit, unde a contrario
ſenſu uidetur uelle, quod ſi filius non fuiſſet hæres pa-
tris, quod ſucceſſio filii non pertineret ad matrem, ue-
rum per pupillarem in caſu non adite excluderetur, qđ
eſt notandum. Secundo modo poteſt dici, quod illa uer
ba, ſi hæres non erit, ſaltem ex largo ſignificatu con-
ueniant pupillari, etiam in caſu quo filius fuiſſet hæres,
& deceſſiſſet in pupillari ætate nam ſciendum eſt, quod
aliquando lex fingit, ac ſi filius pupillus non fuiſſet hæ-
res, prout fingit quoad hoc ut ſubſtitutus pupillo poſ-
ſit tanquam inſtitutus in teſtamento patris quartam de-
trahere. & ad hoc ut ab illo ſubſtituto poſſit legari, nam
lex fingit ac ſi ſubſtitutus fuiſſet inſtitutus in teſtamento
patris ſub illa conditione, ſi filius deceſſerit in pupilla-
ri ætate, & filius habeatur ac ſi nunquam fuiſſet hæres,
ſed uti inſtitutus ſub conditione, ſi non deceſſerit in pu
pillari ætate, text. eſt in .l. in ratione §. quod uulgo ad
finem, & §. ſi filio uerſiculo ſed uerior ſupra ad .l. fal-
cidiam, & hac ratione dicitur, quod ſi cohæres pupil-
li ſit ſibi ſubſtitutus, quod hæreditas pupilli dicitur iu-
re accreſcendi iuncta portioni illius cohæredis ſubſti-
tuti .l. qui patri. ſupra de acquirend. hæredita. nam hoc
ſolum eſſe poteſt ea ratione, quia fingitur portio pupil-
li uacare, ac ſi non fuiſſet hæres. Sequitur ergo quod
licet re uera pupillus fuerit hæres, quia tamen quando
deceſſit pupillus fingitur aliquando, quod non fuerit
hæres, ideo ſaltem ex largo, ſeu improprio ſignificatu
uerba illa, ſi hæres non erit, poſſunt conuenire omni
caſu quo pupillus deceſſerit, & ideo poteſt attendi uo-
luntas ad inducendum dictam pupillarem tacitam, etiā
in caſu adite hæreditatis. circa quæ cogitabis. Quā
autem uoluntas inſpici debeat in contractibus, non tan
go hic. dixi alias in .l. cum quid ſupra ſi cer. peta. & in
rubrica ſupra de uer. ob. Qualis autem conjectura requi
ratur ad hoc, ut legitime conſtet de uoluntate ad effectū
ut poſſit induci diſpoſitio de nouo ſine ſignificatu uer-
borum, dic quod opus eſt, quod illa ſumatur in conſe-
quētiam expresſi Bal. in .l. unica. C. de iis qui ante aper.
tab. late Soc. infra col. iii. per. l. quidam cum filium ſupra
de hæredib. inſtituen. nam non aliter q̄ ex diſpoſitia, ſeu
in conſequentiam expresſi poteſt conſtare legitime de
uolūtate diſponētis, ut ſola uoluntas ſufficiat ad diſpoſi
tionē Soc. in. d. l. i ambiguo ſupra de reb. dub. & ut dicit

Pau. de Caſt. conſi. cli. in cauſa quæ uertitur inter petrum
ii. col. in princ. cum quo tranſit Iaſ. in l. poteſt ſupra de
uulga. requiritur, quod iſta coniectura ſit concludens &
neceſſaria.
¶ Circa ſecundum, uidelicet quod deciſio. text. noſtri
non procederet in directa ſubſtitutione, erit aliqua diffi-
cultas, nam licet glo. quam ſequitur Dy. tenuerit aliud eſ-
ſe in pupillari quam in fideicommiſſaria. Bar. tamen,
& communiter doctor. ſentiunt idem eſſe in pupillari,
quod in fideicommiſſaria, dum reprobant differentiam,
quam faciebat gl. ſed non reſpondent ad text. noſtrum
de hoc ego dicam infra in glo.
Notant etiam aliqui docto. ex tex. noſtro, in uerbo, om-
nem hæreditatem &c. quod licet fideicom. factum ſit de
tota hæreditate poſt mortem plurium, non propterea
in conſequentiam illi plures cenſentur tacite inuicem
ſubſtituti, nam dum tex. ponit caſum, quod expreſſe fue-
runt iſti filii inuicem ſubſtituti, præſupponit, quod hæc reci-
proca non fuiſſet ſubintellecta, tamen Pau. de Caſt. hic di-
cit, quod fuiſſet ſubintellecta, prout quando expreſſim
ultimus grauatur in tota hæreditate l. titia ſeio. §. ſeia li-
bertis ſupra de lega. ii. Alex. hic tenet oppoſitum, & ſe re-
mittit ad not. per eum in l. pater filium. §. ſi. ſupra ad l. fal.
ubi ſub dubio concludit, quod per hæc uerba, omnem
hæreditatem, eſſent inuicē ſubſtituti, & occaſione huius
Soci. hic in ii. not. & Mod. papien. proſequuntur iſtum
articulum, an & quando facta ſubſtitutione poſt mortem
plurium, illi inter ſe uideri debeant inuicem ſubſtituti, &
diſtingunt plures caſus, quos prius poſuit Alex. in d. l.
pater filium. §. fin. & quos idem Soc. latius proſequitur
in conſi. ccxlix. & quia hic articulus eſt utilis & frequens
& ſuperſunt plura dubia quæ non ſunt perfecte a docto.
enodata, icetrco intendo plenius illum examinare.
¶ Duo ſunt caſus principales. primus, quando expreſ-
ſim ſubſtitutio fuit facta ultimo, Alius quando non ex-
preſſim ultimo, ſed ſimpliciter poſt mortem pluriū, qui
forent inſtituti.
25 ¶ Circa primum ſunt plures cōcluſiones, prima eſt, † ꝙ
ubi ſubſtitutio fuit expreſſim facta ultimo, & expreſſe in
toto, quod tunc uidebuntur inuicem ſubſtituti, ut cōclu-
dunt Bar. & communiter docto. in l. uel ſingulis, & in l.
ſi pater impuberis ſupra de uulga. in l. pen. C. de impube-
rum. pro hac concluſione eſt caſus in d. l. titia ſeio §. ſeia
libertis. eſt uerum quod Glo. & Oldra. Iaco. Pet. Ray. Al-
be. & Cuma. ibi, & glo. in §. uel ſingulis inſt. de pupil.
ſubſt. dicunt quod in d. §. ſeia icetrco inducitur recipro-
ca ſubſtitutio, ex quo ultra id, quod fuit expreſſim facta
ultimo. & in toto adeſt prohibitio de non alienando, et
hunc intellectum ſequitur Bal. conſi. ci. in iui. Alex. conſ.
xiiii. ſuper quæſtione col. pen. uol. iiii. nam quia prohibi-
tio uidetur ibi facta ex cauſa ut ultimus poſſit in totum
grauari, icecirco extenditur etiam ad caſum alienationis,
quæ fieret in morte, nam prohibitio extenditur propter
cauſam adiectam, ut etiam caſum mortis comprehendat
l. cum pater. §. dulciſſimis ſupra de lega. ii. Bart. in l. pater
§. fundum ſupra de lega. iii. Iaſ. in l. filiusfa. §. diui in xi.
q. Bar. ſupra de lega. i. ſed hic intellectus non poteſt pro-
cedere, quia dato quod prohibitio illa extendatur pro-
pter rationem adiectam, ad caſum mortis, non tamen
propter hoc ultimus diceretur ſubſtitutus primo, in caſu
quo primus in morte relinqueret partē ſuam illis fidei-
commiſſariis quorum contemplatione facta fuit prohi-
bitio, uel alteri ipſorum nam tunc non eſſet locus alicui
fideicommiſſo ex cauſa dictę prohibitionis, quia in mor-
te nulla contingeret alienatio in perſonas prohibitas, ut
per Bar. & docto. in l. qui Romæ §. cohæredes infra de
uer. obl. late per D. Rip. in d. l. filiusfamilias. §. diui in pe-
nul. & ult. col. præterea fideicom. quod reſultat ex ui ꝓ-
hibitionis in caſu contrauentionis non poteſt dici ſub-
ſtitutio, ut uidetur uelle Soci. in l. Marcellus. §. quidam li-
beris col. i. ſupra eo. dum reſpondent ad tex. in l. lucius §.
26 pluribus infra eo. quinimmo, quod magis eſt, † nullum
fideicommiſſum relictum in uita grauati ſeu in caſu con-
trauentionis contingentis per alienationem quæ fieret
in uita, uel in morte prohibiti, poteſt dici ſubſtitutio, ue-
rum ſolum quando fideicommiſ. relinquit poſt mortē
dici poteſt ſubſtitutio, ut declaraui latiſſime in rub. ſupra
de uulga per plura, quæ nunc non refero, ideo impoſſi-
bile eſt. quod ex illa prohibitione in caſu d. §. ſeia indu-
catur ſubſtitutio, nec obſtat ſi dicatur, quod text. ille præ-
ſupponit, quod in prima parte teſtamenti, in qua facta
fuit prohibitio, teſtator illos inuicem ſubſtituerit, ut ui-
dentur probare illa uerba, cum hæc in prima parte &c.
quia reſpondeo quod text. præſupponit non eſſe ſubſti-
tutionem in ea prima parte teſtamenti, dum ſubdit illa
uerba, in ſecunda tamen adiecit, qui ultimus &c. nam cū
dictio tamen aduerſetur præcedentibus in iure l. cum
hic ſtatus §. diuortium uerſi. tñ ſupra de donat. inter uir.
& uxo. l. ita tamen ſupra de arbitris. Bar. in l. prima, in
princ. ſupra ſi quis ius dicen. non obtem. arguitur ꝙ ſolū
in ſecunda parte, in qua adiecit uerbum, qui ultimus, ſit
ſubſtitutio, & ideo aliqui congruentius legunt illum tex.
hoc modo, uidelicet, cum nec in prima parte teſtamenti.
quamuis communis litera ſit cum hæc in prima.
¶ Iuxta hanc primam communem concluſionem ſunt
27 aliquæ dubitationes, prima eſt, † qua ratione ex eo, quod
ſubſtitutio ſit facta ultimo, & in totum inferatur hæc con-
iectura, per quam illi plures uideantur inuicem ſubſtituti
communiter docto. poſt Bar. in d. l. uel ſingulis, & alibi
præſupponunt rationem eſſe, quod ex quo ultimus gra-
uatur in toto, & non poteſt grauari in portione primi,
niſi in illa portione ſit honoratus, icecirco ſumitur conie-
ctura, quod in neceſſariam conſequentiam uideatur te-
ſtator grauare primum reſtituere portionem ſuam ulti-
mo, quia alias ſubſtitutio facta ultimo non poſſet ualere
ꝓ portione primi arg. l. deniq. §. interdū ſupra de pecu.
lega. quæ ratio ꝓſupponit duo primum ꝙ in conſequen-
tiam, ꝙ aliquis grauatur, inducatur ꝙ cenſeatur honora-
tus quod tamen eſt dubium, & de eo multum dubitant
doct. in l. centurio, circa ultimam quæſtione iii. quæſtio
principalis Bar. ſupra de uulga. ex quo tex. in l. ab eo, C.
de fideicom. & in l. ſi ſic ſupra de lega. iii. probāt contra-
rium, de quo late dixi in d. l. centurio, propterea hic nō
proſequor. Secundum quod in caſu dicti. §. ſeia illud fi-
deicommiſſum relictum ab ultimo non ualuiſſet in par-
te primi, niſi ultimus cenſeretur ſubſtitutus primo. Ego
ſemper exiſtimaui ꝙ hæc ratio communis non ſit bona
nec poſſit ſuſtineri, nam ſi uolumus aliquid inducere,
uel ſubintelligere in conſequentiam ad effectum ut fidei-
commiſſum ualeat etiam in portione primi. cur non po-
tius ſubintelligimus in iſto fideicommiſſo de toto reli-
cto ab ultimo, ꝙ quilibet ſit grauatus reſtituere portionē
ſuam illi ſubſtituto, nam iſto caſu ualeret in totum illud
fideicommiſſum nec eſſet neceſſe ſubintelligere, quod ul-
timus ſit ſubſtitutus primo, ꝓut quando fideicommiſ-
ſum ſit de tota hæreditate ſub conditione, ſi uterq; deceſ-
ſerit, & hoc eo magis, quia hæc coniectura ſumitur in
fauorem ſubſtituti, ut fideicommiſſum ſibi relictum ua-
leat, & propterea cenſeri potius deberet ſubſtitutus cuili-
bet, quia hoc eſſet magis ad fauorem ipſius ſubſtituti.
Accedit quia omni caſu neceſſe eſt, quod ſubintelligamus
quod ille fideicom. ſit etiam ſubſtitutus primo, & primus
grauatus reſtituere portionem ſuam illi fideicōmiſſario.
non obſtante, quod intelligamus ultimum in conſequen-
tiam fuiſſe ſubſtitutū primo, quia omni caſu quo ultimus
noluit, uel non poſſit habere portionē primi, ille primus
uidetur grauatus reſtituere portionē ſuā illi fideicō. ut cō-
cludunt Bar. Pau. Alex. & cōiter doct. in l. ꝗdam la ultima
ſupra de acquir. hæred. & dixi ſupra in tex. ex quib. patet
ꝙ dicta ratio cōis, uidelicet ut ſuſtineatur fideicō. ꝓ por-

tione primi potius ſuadeat, q̄d interpretari debeat iſtud
fideicommiſſum de toto relictum ab ultimo, ut intelliga
tur quilibet grauatus reſtituere portionem ſuam magis
quam quod intelligamus ultimum ſubſtitutum primo:
Præterea non uidetur uerum, quod ubi ſit facta ſubſtitu-
tio ultimo in totum, prout eſt in caſu d. §. ſeia, quod fi-
deicommiſſum ſit eluſorium pro portione primi, ubi nō
intelligimus ultimum ſubſtitutum primo, nam aduerten
dum eſt, quod hæc ſubſtitutio cenſetur facta cuilibet ſub
cōditione, ſi ultimus deceſſiſſet. l. qui duos in prin. ſupra
de re. dub. l. qui ex liberis in princ. infra de ſecundū tab.
quæ iura licet loquantur in directa pupillari, procedunt
tamen etiam in fideicommiſſaria, quando eſſet facta in
toto propter idemptitatem rationis ut dicunt commu-
niter doct. in l. eum qui nouisſimus ſupra eo. ut ibi re-
fert Alexan. col. i. unde cum appareat, quod teſtator uo-
luit cuilibet ſubſtituere, tamē ſolum ſubſtituit ultimo uel
cuilibet ſub conditione, ſi ultimus decederet, ob illam
cauſam, ne illa ſubſtitutio præiudicet ſuperſtiti, iccirco
omni caſu, in quo ceſſat commodum & intereſſe ſuper-
ſtitis debet admitti ſubſtitutio in perſona primi, ac ſi eſ-
ſet in caſu iſto utriq; uidelicet & primo, & ſecundo, arg.
eius quod dicitur in tex noſtro uidelicet ꝙ eo quia ſub-
ſtitutio fideicommiſſaria de claudia cenſetur facta ſub il-
la conditione ſi uterq; deceſſerit ſine filiis, ob cauſam, ne
illa afferat præiudicium reciproce ſubſtitutioni, q̄d imo
omni caſu quo ceſſat dicta ſubſtitutio reciproca, claudia
intelligitur cuilibet ſubſtituta, & habet locum fideicōm.
in portione eius, qui deceſſit ſine filiis, facit etiam id q̄d
communiter dicunt doct. in l. pen. C. de impuberum. &
in l. qui duos, & l. ſi pater impuberis ſupra de uulga.
nam uolunt ꝙ ubi ſubſtitutio ſit facta duobus filiis ſim-
pliciter, uel ſub nomine collectiuo, ꝙ cenſeatur facta ul-
timo fauore ſuperſtitis, & uolunt ꝙ omni caſu quo ſup-
ſtes non ſuccedat primo, & ceſſat cauſa ſeu ratio, pp quā
præſumitur teſtatorem uoluiſſe ultimo tantum ſubſtitue
re, quod illico poſt mortem primi admitteretur ſubſtitu
tus, ſic dicendum in caſu noſtro, licet teſtator expresſim
ſubſtituat ultimo, quia tamen præſumitur ſolum ultimo
ſubſtituiſſe fauore ſuperſtitis, propterea omni caſu quo
ultimus non ſuccedat primo, ſtatim poſt mortem primi
admitti deberet ſubſtitutus ad eius portionem, unde ſe-
quitur quod fideicommiſſum pro portione primi nō eſ-
ſet eluſorium, quamuis ultimus non eſſet ſibi ſubſtitutus
quia omni caſu quo ultimus non poſſet conſequi por-
tionem primi, fideicommiſſarius cenſeretur etiam ſubſti
tutus primo. eſt uerum quod prædictis obſtat tex in. d l.
qui duos in princ nam in ratione ſui a contrario ſenſu
præſupponit, quod ſubſtitutus nō posſit primo ſuccede-
re niſi uideatur ultimus deceſſiſſe. ſolutio tamen eſt, ꝙ ibi
ſubſtitutio non fuit expresſim facta in toto, & quia ibi ſu
mus in directa ſubſtitutione, in qua non attenditur ea cō
iectura, quæ attenditur in fideicom. ad inducēdum diſpo
ſitionem ex ſola uoluntate præter & ultra ſignificatum
uerborum, ut dictum fuit ſupra in præcedenti not. Cre-
do igitur quod dicta coniectura uoluntatis per quam ſit
quod ultimus intelligatur ſubſtitutus primo, quando ul-
timus grauatur expresſim in toto, prout in d. §. ſeia ſuma
tur ex hac ratione, uidelicet quod ex quo conſtat quod te
ſtator uoluit fideicom. ſubſtituere in portione cuiuslibet
dum ſubſtituit in toto, & apparet quod ratio propter q̄
non ſubſtituit cuilibet ſed ultimo tantum eſt, quia uoluit
præferre ultimum illi fideicommiſſario, iccirco colligit
in conſequentiam, ꝙ ultimum ſubſtituerit primo, quia
alia ratione non poſſet preferri illi fideicom. & ſi dica-
tur aduerte ꝙ hæc coniectura non eſt ſufficiens ad faciē
dum quod ultimus ſit ſubſtitutus primo, quia licet clarū
ſit, quod teſtator uoluit præferre filios poſitos in condi
tione. fideicom. l. filiusfa. §. cum quis ſupra de lega. i. ex
hoc tamen non poteſt ſumi coniectura, quæ ſit ſufficiēs
ad faciendum, q̄d dicti filii poſiti in conditione cenſean
tur diſpoſitiue uocati, ut eſt glo. communiter approbata
in l. Lucius ſupra de hæredi. inſti. reſpondetur. q̄d ideo
filii poſiti in conditione non poſſunt cenſeri diſpoſitiue
uocati, ex eo quod teſtator uoluerit illos præferre ſubſti
tuto, ex quo ſatis dicitur illos præferre. conſeruando fa-
cultatem ſuccedendi ab inteſtato in bonis ſubiectis fidei
commiſſo d. l. filiusfa. §. cum quis, & quia ſunt poſiti in
conditione non ad differēdum fideicommiſſum, ſed ad
extinguendum, & iſtud repugnat ne posſint uideri uo-
cati diſpoſitiue. quia ſi filii eſſent uocati, ſeu ſubſtituti, nō
extingueretur fideicommiſſum, ſed haberet effectum in
perſona filiorum, ut latius dixi in l. centurio ſupra de uul
ga. quod non eſt in caſu noſtro, quia perſona ultimi nō
eſt poſita in conditione. ad extinguendum fideicommiſ
ſum, ſed ſolum facit differre fideicommiſſum poſt eius
mortem unde ex eo quia teſtator uoluit ipſum præferre
ſubſtituto, ſumi poteſt coniectura efficax ad faciendum,
quod cenſeatur diſpoſitiue uocatus & ſubſtitutus primo
unde ex prædictis infero ad plura. Primo quod tex. in d.
§. ſeia non probat. quod in conſequentiam, quod quis
ſit grauatus. ſumatur coniectura efficax ad faciendum, ꝙ
cenſeatur honoratus, & propterea quod tex. ille non cō
tradicat. l. ab eo. C. de fideicom. & aliis concordantibus
Secundo infero, q̄d deciſio d. § ſeia non procederet caſu
quo fideicommiſſum foret relictum ab altero nominati
puta à titio, quia quamuis grauaſſet teſtator illū reſtitue-
re totam hæreditatem, non ex eo cenſeri poſſet ſubſtitu
tus in portione alterius, nam ex quo non fuit relictum fi-
deicommiſſum ab ultimo, ceſſat ratio prædicta & ſolum
militabit coniectura quæ ſumitur, ex quo fuit in toto gra
uatus, quæ non eſt ſufficiens ad faciendum, quod in con
ſequentiam uideatur honoratus d. l. ab eo, & etiam quia
poteſt dici grauatus in tota hæreditate, quam ipſe titius
grauatus habuit, non autem in ea, quam habuit alius, per
ea quæ dicunt glo. Bal. & Ang. in l. lutius in princ. ſupra
de lega. i. Tertio infero, quod ſi ultimus repudiaret por-
tionem primi, ꝙ illico ad eandem portionem admittere
tur fideicommiſſarius, quia eo caſu uideretur ſibi relictū
à primo per ea quæ ſupra dixi, & iſtud etiam probare ui
detur text. in d. §. ſeia in his uerbis, in eo fideicommiſſo
de quo queritur duos gradus ſubſtitutionis feciſſe, & ta
men quæſtio ibi eſt ſolum de fideicommiſſo in portione
primi, unde illa uerba denotant, quod in portione primi
ſit duplex gradus ſubſtitutionis, & ideo ꝙ ceſſāte primo
per repudiationem ultimi, quod illico debeat admitti ſe
cundus gradus, & ſic ille fideicommiſſarius per not. per
Bar. & alios in d l. q̄diu ſupra de acqui. hæredi.

28 ¶ Secunda eſt dubitatio † an prædicta concluſio proce-
dat in directa pupillari, ita, quod ſi facta fuerit ultimo, &
in tota hæreditate expresſim, quod illi pupilli uideantur
inuicem pupillariter ſubſtituti, & ſi dicatur quod iſta du-
bitatio non poteſt militare in pupillari, quia cum frater
ſuperſtes habeat portionem primi ab inteſtato, ſubſtitu-
tio facta ultimo ualebit in toto, abſq; eo quod uideantur
illi pupilli inuicem ſubſtituti, & propterea ſemper ceſſa-
ret ratio. d. §. ſeia. Ad iſtud reſpondent Imo. & Cuma.
in. d. §. ſeia, & Aret. in d. l. uel ſingulis, & Cuma. hic quod
dicta quæſtio poſſet militare de iure hodierno, quando
extaret mater quæ poſſet ſuccedere primo filio ſimul cū
altero ſuperſtite, authen. defuncto. C. ad tertul. nam hoc
caſu militaret ratio d. §. ſeia, ſed ubi mater non extaret,
uel ſi extaret non poſſet ſuccedere filio ſimul cum altero
ſuperſtite, put erat de iure antiquo inſti. ad tertul. in prin.
& § i. uel ubi ſic eſſet cautum de iure municipali, tunc di-
cta dubitatio non militaret, quia ſemper ceſſaret ratio. d.
§. ſeia, ſed ego dico, quod imo ratio d. §. ſeia militare
ſemper in omni caſu etiam quod ſolum ſuperſtes frater
poſſet primo pupillo ſuccedere, nam licet portio primi
deuolueretur in ſuperſtitem ab inteſtato, & ſubſtitut⁹ poſ

ſet

ſei habere totum tanq̃ hæres ultimi ex ſubſtitutione. nõ tamen haberet totum iure teſtamenti, ſed ſolum partem ultimi, ut dicit tex. in l. qui duos. §. ſi. ſupra de uulga. & in l. pater filium §. fina. ſupra ad l. fal. ut igit̃ ſubſtitutus poſſit habere totum iure teſtamenti, prout uoluit teſtator, neceſſe eſt ꝙ ſint uel intelligantur inuicem ſubſtituti: quia tunc ſicut poteſt cenſeri, ꝙ ſuperſtes filius habeat totum iure teſtamenti, eodẽ modo eius ſubſtitutus. l. qui fundũ §. qui filios ſupra ad l. fal. unde ſequitur ꝙ in hac quæſtione de pupillari, militat ſemper ratio d. §. ſeia. Redeundo igitur ad quæſtionem. In hac q̃ ſunt plures opiniones. cõis eſt, ꝙ ẽt in pupillari uidebuntur inuicem ſubſtituti, quã tenet Bar. Imo. & Alex. in d. l. uel ſingulis. Alexan. in d. l. pater filium. §. ſi & magis cõiter docto. ut hic dicit d. de Rip. fundatur iſta cõis per tex. in d. §. ſeia, & ad text. in d. l. uel ſingulis, qui uidet̃ obſtare, reſpondent. ꝙ ibi licet ſit facta ſubſtitutio ultimo, non tñ fuit facta expreſſim in toto. Contrarium tamen tenuerunt Dy. & Pau de Caſ. in d. § ſeia idem Pau. & Alex. in d. l. pen. Bal. in l. unica, §. pro ſecundo. C. de cadu. toll. Adducunt; quia directa ſubſtitutio non inducitur ex coniecturis. l. iubemus. C. de teſta. & l. hæredes palã in prin. ſupra de teſta. icirco ex coniecturis non poterit induci iſta pupillaris reciproca inter iſtos pupillos, & q̃uis Imo. Are. & Alex. in. d. l. uel ſingulis, & Bal. in. d. §. ſeia. Iaſ. in. d. l. pen. Soc. hic, col. ii. ad ſi. dicant ꝓ ſolutione, ꝙ imo pupillaris ſubſtõ poſſit induci ꝑ coniecturas. l. iam hoc iure ſupra de uulg. & l. q̃dam teſtamento in eo. tit. de uulga. Tñ hoc non eſt uerũ, ut dixi ſupra in ꝓcedenti notabili, nec tex. in d. l. iam hoc iure ꝓbat hoc quia illa ꝟba (ſi hæres nõ erit) ex aliquali ſignificatione, ſaltẽ larga & impropria conueniunt pupillari ut ſupra dixi, & in d. l. q̃dam teſtamento attenditur coniectura uoluntatis ad declarationem, non ad inducendã diſpoſitionẽ de nouo, ut infra dicetur, circa intellectũ. d. l. & ſtante hac concluſione, ꝙ directa pupillaris non poſſit induci ꝑ coniecturas, niſi conueniat aliqua ſignificatio ꝟborũ, quæ eſt uerisſima, ſtat difficultas quomodo poſſit ꝓcedere hæc cõcluſio, cõis, uidelicet, ꝙ iſti pupilli uideãtur inuicẽ ſubſtituti, eo magis, quia dum ſubſtituit ultimo ꝓſumptio eſt, quod teſtator uelit conſeruare ius legitimæ ſucceſſionis inter illos filios, non illos ad inuicem ſubſtituere. d. l. uel ſingulis. puto tñ, ultra docto. ſic eſſe dicendũ ꝙ quemadmodum capitur illa interꝑtatio in pupillari ſubſtitutione, ꝙ ſubſtitutus ſit inſtitutus in patris teſtamẽto ſub conditione, ſi filius deceſſerit in pupillari ætate. et ipſe pupillus inſtitutus ſub conditione, ſi ſupuixerit poſt pupillarem ætatẽ, ut in l. in rõne §. q̃d uulgo, uerſi. cum in hac parte iuris, & §. ſi filio, uerſi. ſed uerior ſupra ad. l. fal & dictum fuit ſupra in præcedenti not. ꝙ eodẽ modo q̃n ſubſtituit ultimo in totum & teſtator uult ꝙ ſubſtitutus capiat totũ iure teſtamenti, tanq̃ inſtitutus in tota hæreditate ſub illa conditione, ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate, ꝙ in conſequentiã filii uidere pñt inſtituti ſub cõditione. ſi ſupuixerint poſt pupillarẽ ætatẽ, unde decedente primo in pupillari ætate cenſeri poteſt eius portio uacare ꝓut cenſetur: ac ſi is pupillus hæres non eſſet. & eius portionẽ accreſcere fratri, unde cũ hoc caſu ultimus cenſeret̃ habere portionẽ primi, ex teſtamento patris ẽt non ſolum tanq̃ hæres filii, icirco ẽt ſubſtitutus diceret̃ habere totum iure teſtamenti, & quælibet portio poteſt computari in falcidia, ꝓut q̃ñ ultimus fuit cõſecutus portionem primi iure accreſcendi. l. ſi. §. ſi cohæredis, & l. q̃d ſi alterutro, & l. qui fundũ §. ſi. & q̃d ibi not. ſupra ad l. fal. Prædicta cõprobant̃, quia ſicut lex inducit, ꝙ portio agnita ꝑ pupillum accreſcat ſubſtituto ſuo, tanq̃ ſi non eſſet agnita. l. cui patri ſupra de acqui. hæredi. cur a ſimili non potuit in caſu. q. noſtræ in conſequentiam induci, ꝙ portio primi, etiam poſtquam ab eo fuiſſet agnita accreſcat fratri prout ſi hæres non eſſet, ad hoc ut ſubſtitutio habeat effectum in totum, prout uoluit teſtator, & ſi dicat

tur, ꝙ primus filius non poteſt cenſeri inſtitutus ſub illa conditione; ſi ſuperuixerit poſt pupillarem ætatem, quia filius non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali. l. ſi pater C. de inſti. & ſubſti. Reſpondetur ꝙ imo poteſt inſtitui ſub ea conditione, ſi ſuperuixerit poſt pupillarem ætatẽ l. cum ex filio ſupra de uulga. concludendum igitur erit in propoſito. q. ꝙ in conſequentiam uideantur filii inuicem tacite ſubſtituti, non ex pupillari, quia illa nõ poteſt induci ex coniecturis, & quia etiam ſine illa pupillari ſubſtitutio facta ultimo poteſt ualere in totum ſed ex iure accreſcendi, quaſi uelit teſtator, ꝙ illis decedentibus in pupillari ætate utraq; portio uacet, & intelligantur inſtituti ſub illa conditione, ſi ſuperuixerint, poſt pupillarem

17 ætatem & ex hoc infero, ꝙ ubi mater extaret in medio illa quidem ſuccederet filio prædefuncto in ætate pupillari una cum fratre ſuperſtite in bonis aliunde quæſitis ipſi filio, ſed non in bonis paternis, quia in caſu prædicto cẽſeri deberet, ac ſi ille filius prædefunctus non fuiſſet hæres patris, ut ſi ſuperſtes eius portionẽ poſſit habere iure accreſcẽdi et ꝓpterea matrẽ excluderet, & hoc mõ declarando, uidelicet ꝙ uideant̃ inuicẽ ſubſtituti, ex ui iuris accreſcendi, ut ſupra dictũ fuit, non ex pupillari reciproca, ceſſ

18 fatent oẽs difficultates, & ualeret ſubſtitutio in toto in perſona ultimi cogitabitis. Secunda ẽ concluſio cõis ꝙ ubi

19 ſubſtõ ſimpliciter fuit facta ultimo, non tñ expreſſim in toto, ꝙ illi filii ſeu hæredes non uidebunt̃ inuicẽ ſubſtituti, ita Bar & cõiter docto. in. d. l. uel ſingulis Bal. & Imo. in. d. §. ſeia cõiter docto. in. d l. pen. quę concluſio, ꝓcedit & in fideicommiſſaria, & in pupillari, & rõ huius concluſionis eſt, quia hoc caſu ſubſtitutio cenſebit̃ facta ſolũ in portione ultimi, & iſta concluſio ẽ indubitata, nec obſtat ſi dicat̃, ꝙ imo in pupillari dicendũ ſit; ꝙ uideat̃ facta in toto ex quo pt̃ ꝓſumitur cogitaſſe, ꝙ ſubſtitutus inueniat portionẽ primi in hæreditate ultimi, ut dicit Bar. in. l. q̃ duos in prin. ſupra de reb. dub. nã rñdetur ꝙ ex quo dici ẽt poteſt, ꝙ icirco ſubſtituerit ſolum ultimo, quia uelit ſolũ honorare ſubſtitutũ in portione ultimi, ſequit̃ ꝙ dicta coniectura, ꝙ teſtator uoluerit ſubſtituere in toto, & ꝙ iõ non ſubſtituerit primo, quia uoluerit ultimũ ꝓferri ſubſtituto in parte primi, nõ ſit concludẽs nec neceſſario inferat̃ ex expreſſis, unde ſequit̃ ꝙ nõ ẽ ſufficiẽs ad inducendũ reciprocã inter grauatos, quia illa cõiectura debet 20
ẽẽ neceſſaria & concludẽs, ut dicit Pau. de Caſt. conſi. cll. quẽ refert & ſequit̃ Iaſ. in l. põt ſupra de uulg. & dictũ fuit ſupra in ꝓcedenti not. Ampliat̃ iſta concluſio ut ꝓcedat ẽt ꝙ eſſet facta mentio hęredita. ſeu bonorũ indiffinite Hanc ampliationẽ in ſpecie firmat Soc. cõſ. lxix uiſo col. pen. lib. iii. & Alcia. in. d. l. uel ſingulis. & ꝓ iſta ampliatione adducunt ꝙ ex quo illa indiffinita hæreditatis ſeu bonorũ, põt ꝟificari in portione, ultimi, ꝙ ideo cẽſetur ſubſtitutio facta ſolũ in portione ultimi, arg. l. lucius titius gl. in ꝟbo beſſẽ ſupra de lega. i. ꝑ quẽ Bal. Ang. & Imo. ibi inferunt, ꝙ ubi teſtator dixerit, ſi q̃s hæredũ meorũ deceſſerit, uolo hæreditatẽ meã diſtribui inter pauperes Chriſti, ꝙ illa indiffinita, hæreditatẽ, intelligitur ſolũ de parte decedentis ſine filiis adducunt ẽt, ꝙ in caſu iſto indiffinita differt ab uniuerſali, ut in l. ſi titius ex parte ſupra de legat. iii. & infra dicetur in ſeq. nota. hanc Ampliationem reprehendit Cur. præceptor meus in. d. l. pen. C. de impuberum. & d. de Ripa hic dicit illam non procedere, quando dictũ fuiſſet, ſi oẽs deceſſerint ſine filiis grauo ultimũ reſtituere hæreditatẽ. & ꝓ iſta ſua opinione adducunt regulã, ꝙ indiffinita equipollet uniuerſali. l. ſi plurib. ſupra de lega. ii. icirco haberi debet. ac ſi facta fuiſſet ſubſtitutio in toto, ſecundo adducũt tex. in. d. §. ſeia nam ibi erat indiffinita, fundi, quæ poteſt in parte uerificari. l. ſerui electione. §. ſi. ſupra de lega. i. & tamen in caſu. d. §. cenſentur inuicem ſubſtituti. Adducunt tertio, ꝙ ex quo teſtator dixit, ſi omnes deceſſerint, præſumptio eſt quod ſubſtituerit in toto. Ego ſequor primam opinionem, uidelicet

ꝙ nõ cenſeantur inuicem ſubſtituti q̃n ultimus grauatur reſtituere hæreditatẽ,ſeu bona indiffinite; Moueor, quia hoc caſu dicta coniectura,ꝙ teſtator uelit cuilibet ſubſtituere,& quòd ideo ſolum ſubſtituerit ultimo,ex quo uelit ultimum præferri ſubſtituto,non poteſt neceſſario inferri quando ſubſtitutio fuit facta de bonis ſeu hæreditate indiffinite, & non expreſſim de toto,& licet præſumatur,ꝙ uelit in toto ſubſtituere,tamen iſta præſumptio nõ eſt neceſſaria, quia etiam præſumi poteſt ſubſtitutionem fuiſſe factam ultimo,ea ratione, quia uelit ſolum ultimũ grauare,non obſtat ꝙ indiffinitis æquipolleat uniuerſali, quia reſpondetur,quòd licet æquipolleat, non tamen requiritur,ꝙ in omnibus uerificetur, ad hoc ut ꝓpoſitio ſit uera,prout in uniuerſali.l.ſi is qui ducenta.§.utrum ſupra de reb.dub. unde ſequitur ꝙ dicta coniectura non infertur neceſſario ex indiffinita,prout ex uniuerſali,&propterea quòd non ſit ſufficiens ad inducendum tacitam reciprocã,quia ut ſæpe ſupra dictum fuit, requiritur quòd dicta coniectura ſit concludens&neceſſaria,nec obſtat textus in dicto.§.ſeia, quia reſpondetur quòd in caſu illius textus appellatio fundi non poterat uerificari in parte. nam ſciendum eſt,quòd illud quòd dicitur,quod appellatio fundi conueniat parti,& in parte fundi uerificetur procedit quando illa pars non eſt diuiſa & in his terminis procedit id quod dicitur in.d.l. ſerui electione.§. ſi. quia is qui eſt dominus tertiæ partis fundi pro indiuiſo dicetur dominus fundi,ut ibi dicitur,ſecus autem quãdo illa pars fundi eſſet diuiſa,quia tũc licet adhuc eſſet pars illiuſmet fundi,ex quo non eſſet diuiſa per appoſitionẽ terminorum,non tamen poſſet dici ille fundus,ſed locus illius fundi.l.locus infra de uerb. ſign. & dominus illius partis non diceretur dominus fundi, ſed dominus loci illius fundi,unde cum in caſu.d.§.ſeia fideicõ. ſit relictũ poſt mortem,quo tempore ueriſimile eſt,ꝙ facta erit diuiſio fundi inter libertos, ſequitur q̃d appellatio fundi neceſſario ſignificet totum fundum, & ſolum in toto tunc temporis poteſt uerificari,non obſtat ꝙ ſit adiecta iſta cõditio,ſi oẽs deceſſerint,quia reſpondet, q̃d iſta conditio ineſt neceſſario ad hoc,ut habeat locum ſubſtitutio facta poſt mortem ultimi ẽt in eius portione,iccirco expreſſio dictæ conditionis nihil debet operari.

30 ¶ Circa ſecundum caſum principalem † q̃n non expreſſim ab ultimo, ſed ſimpliciter poſt mortem plurium, & in hoc caſu ſunt plures cõcluſiones cões,& uere. Prima eſt,quòd ſi oẽs fuerunt grauati,ꝙ nunq̃ poterunt cenſeri inuicem ſubſtituti l.lucius.§.cato infra eo.l.ſi.§.filium ſupra de lega.ii.quę concluſio procedit,q̃uis poſt mortem primi non admitteretur ſubſtitutus,quia eẽt facta ſubſtitutio ſub conditione,ſi omnes deceſſerint,uel ſub alio nomine collectiuo,&perſona ſuperſtes eſſet talis,quæ ex p̃ſumpta mente excluderet ſubſtitutum, de quo qualiter ꝓcedat dicetur infra in articulo fideicommiſſarię,ita concludunt Imol.& Alex.in.d.l.pater filium.§.ſi.Ang: Imo: & Pau. in.d.l.ſi pater impuberes,Alexan. & Soci.hic idẽ Soci.conſi.ccxlix.in materia præſentis conſilii libro ii.et ratio ẽ quia cum fideicommiſſum fuerit relictum ab omnibus, propterea non potuit uitiari in parte, quãuis primus non ſit grauatus reſtituere ſuperſtiti, quia ſuperſtes, fauore cuius excluditur ſubſtitutus, tanquam hæres primi tenetur reſtituere portionem primi, & ſuam tenetur reſtituere ex perſona propria. & propterea ceſſabit ratio d.§.ſeia.obſtant tamen,quia præſuppoſito,ꝙ ratio.d.§. ſeia ſumatur ex eo,quia apparet,ꝙ uoluit p̃ferre ultimum fideicõmiſſario ſubſtituto in portione primi, ut dixi ſupra illa ratio uidetur ẽt militare in caſu iſto, quia dum ſubſtituit ſub cõditione,ſi omnes deceſſerint,apparet q̃d uoluit præferre ultimum ſubſtituto,ergo &c. Sed ſolutio eſt, quia hæc coniectura,ꝙ uoluerit præferre ſuperſtitem ſubſtituto non ſumitur ex aliquo expreſſo, quia immo ex ſignificatu uerborum non debuiſſet præferri, ſed ſubſtitutus illico admitti poſt mortem primi,quia propria ſignificatio uerborum non repugnat,quia illa conditio, ſi omnes deceſſerint,reſoluatur in ſingularitates,cum reſpiciat diuerſos effectus,qui ſignificantur ex expreſſa,& propria ſignificatione uerborum.d.l.lucius §.cato, &.d.§.filium.& dixi ſupra in euidentialibus, & dicemus infra in materia,ſed ſolũ ſumit ex qualitate perſonæ, quia ſit de liberis, & inter eos ſit potentia ſuccedendi ab inteſtato, ideo ſolum poteſt eſſe potens dicta coniectura ad conſeruandum illam potentiam ſuccedendi ab inteſtato,nõ aũt ad inducendum reciprocam,quia non eſt coniectura neceſſaria, quæ ſumatur in conſequentiã expreſſi, prout requiritur,ut ſupra dixi in.i.nota.& infra dicetur.

31 ¶ † Secunda concluſio eſt, ꝙ ſi facta ſit ſimpliciter poſt mortẽ pluriũ,ẽt ꝙ oẽs non eſſent exp̃ſſe grauati, ꝙ tamẽ non dicerentur inuicem ſubſtituti,quæ concluſio de plano procedit, ẽt ꝙ eſſet facta de tota hæreditate expreſſim. dummodo non eſſet facta ſub noie collectiuo, ita cõiter docto.ut hic dicit Soc.& in p̃allegato conſ.ccxlix & Alex.in.d.l.ſi pr̃ impuberes.& in d.l. pr̃ filium.§.ſi.& Cor. conſ.ccxcviii. circa hanc in .iiii. nec obſtant quædam, quæ hic in oppoſitũ adducit Soci. quia ſol. patebit

32 ex iis, quæ infra dicentur. † Sed dubitatio eſt an ꝓcedat iſta concluſio q̃n ſubſtitutio eſſet facta ſub noie collectiuo,& exp̃ſſe in tota hæreditate, quia eſſet dictũ,ſi oẽs deceſſerint uolo oẽm,ſeu totã hæreditatẽ ꝑuenire in Sempronium,& in hoc caſu ſunt opiniones,cõis eſt ꝙ nõ intelligant inuicem ſubſtituti,q̃ tenet Alex,hic, & in d.pr̃ filiũ.§ ſi.&in.l.q duos ſupra de uulg. Ang.Imo.&Pau.in d.l. pr̃ impuberes,&hanc dixit cõem Soc.cõſi.ccxlviii col.vi & conſ.lxix.Aret.& Iaſ.in.d.l.pen.idẽ Iaſ.cõſi. xli.uol.ii contrariũ,uidelicet ꝙ imò intelligant inuicẽ ſubſtituti tenuit Pa.de Caſt.cõſ.cccliiii,duo ſunt uidẽda&in.d.l.pen. & Alex.in d.l.ſi pr̃ impuberes.& Soc.hic col.iii.adducũt ꝓ iſta opinione, ꝙ hoc caſu fideicõ.ur̃ relictũ ab ultimo quia poſt mortẽ oium.ut ur̃ caſus in.l.codicillis ſupra de uſufruc. ſecundũ ſũmariũ Bar.eſt ẽt facta ſubſtõ in toto, unde ſequit̃ ꝙ ſumus in terminis.d.§.ſeia, & ꝑpea ꝙ debeant dici inuicẽ ſubſtituti,ad iſtud fundamẽtũ uariis modis rñdent docto.i.ꝙ non eſt uerũ ꝙ fideicõ.relictũ poſt mortẽ pluriũ intelligat̃ relictũ ab ultimo tm̃,&ꝙ tex.in.d l.codicillis hoc nõ ꝓbat,ut hic dicit dñs de Ripa,de quo tñ hic non tãgo,quia infra in materia declarabo intellectũ illius tex,ubi ẽt dicemus, an uideat̃ relictũ ab ultimo tm̃.an uero ab oĩbus. Secũdo rñdet̃ꝙ tex.in d.l.codicillis in eo ꝙ decidit,ꝙ fideicõ.intelligat̃ relictũ ab ultimo,ꝓcedit ſolũ,q̃n illi plures ſunt honorati in relicto uſus,ſeu habitationis,uel uſusfructus, in quo ẽt poſt emolumentũ q̃ſitũ habet locũ ius accreſcẽdi.l.i.§.intecdũ ſupra de uſufruc.accreſcen.quia tunc intereſt ſupſtitis, nõ aũt ꝓcedit q̃t illis plurib.eẽt relicta ꝓprietas,ex quo tunc nõ intereſt ſupſtitis,ꝙ fideicõ.intelligat̃ relictũ ab ultimo tm̃,attento ꝙ poſt agnitũ legatũ non habet locũ ius accreſcẽdi,ut ẽt dicit Bar.in.d.l.codicillis,ſed Soci.hic replicat,ꝙ ẽt in relicto ꝓprietatis intereſt ſupſtitis.ut cenſeatur relictũ ab ultimo,quia attenta iſta interp̃tatione induceret̃ reciproca ſubſtitutio inter ipſos honoratos,quæ conſideratio non eſt bona,quia p̃ſupponit, ꝙ ꝑ reciprocam inducatur iſta interp̃tatio, ꝙ ſubſtitutio uideatur facta ultimo tm̃. & ꝙ iſta interpretatio,ꝙ uideatur facta ultimo tm̃ inducat reciprocã,ita ꝙ attenta iſta conſideratione cauſa induceret̃ à ſuo cauſato,q̃d eſt impoſſibile.l. manumiſſiones ſupra de iuſt.& iure,poteſt tñ ultra Soci. & alios adduci ꝓ hac opinione,ꝙ ex quo iſta ſubſtõ facta poſt mortem omniũ eſt facta ſub nomine collectiuo,ꝙ ꝑpea de ꝓprio ſignificatu uerborum poſt mortẽ primi non admittit̃ ſubſtitutus,ut eſt tex,noſter hic,& ſupra dictũ fuit in tex.& uolũt Bar.& alii omnes hic in ſi.ergo de proprio ſignificatu ẽ ꝙ ſubſtitutio intelligatur facta ultimo tm̃ cõſequẽtia patet per ea, quæ dicit Bart, in .d. l. codicillis, ibi enim

uult, ꝙ ſemper uideatur fideicom. relictũ ab ultimo, quoties poſt mortẽ primi non admittit̃ ſubſtitutus, & ideo infertur ꝙ eius intentio ſit, ꝙ uerba ſignificabunt, ꝙ ab ultimo ſit relictum fideicom. quã ſignificant, qđ poſt mortem primi non admittatur ſubſtitutus, tñ defendendo cõem, quæ eſt uerisſima ad iſtud. & ad p̃dicta omnia eſt ſol. quia ẽt ꝙ admittamus ꝙ ſubſtitutio intelligatur facta ultimo, & qđ ꝟba ex ꝓprio ſignificatu iſtud important, non tñ propterea induci poteſt reciproca ſubſtitutio ꝑ hanc coniecturã inter ipſos honoratos. Ratio eſt, quia negari non poteſt, quin etiam uerba ex largo ſignificatu posſint importare, ꝙ ſubſtitutio intelligatur facta omnibus, unde ſequitur, qđ non poterit ſumi coniectura concludens & neceſſaria ad inducẽdum iſtam reciprocam, ꝓut requiritur cum ſignificatio uerborum etiam importet, ꝙ ſubſtitutio uideatur facta omnibus, & non ultimo tantum, quę ratio ceſſat, quando expresſim fuit facta ultimo, tunc enim nullo modo ꝟba poſſunt ſignificare qđ omnibus ſit facta ſubſtitutio ſed ſolum ultimo, & ideo iſto caſu dicta coniectura eſt neceſſaria & concludens, & propterea efficax ad inducendum reciprocam. Comprobantur p̃dicta, quia facilius ꝟba debent impropriari, ut trahantur ad largum ſeu improprium ſignificatũ q̃ ꝙ inducamus nouã diſpoſitionem ex ſola mente, præter & ultra ſignificationem ꝟborum, ut probat tex. in .l. nõ aliter ſupra de leg. iii. iuncta .l. in ambiguo ſupra de reb. dub. & uoluit Barto. in d. l. in ambiguo dum reſpondet ad dictã l. non aliter. & ꝓbatur ex iis, quæ diximus in præcedenti notabili. ergo ſequitur, qđ potius debent intelligi hæc ſubſtitutio facta poſt mortem pluriũ, ſub nomine collectiuo. ita qđ omnes in ea intelligantur grauati ẽt qđ iſtud ſolum poſſet comprehendi ex larga & impropria ſignatione ꝟborum quàm ꝙ debeat induci reciproca inter ipſos honoratos ex ſola mente ſine ſignificatione ꝟborum, ex quibus patet quòd iſta concluſio cõis ſit indubitanter uera.

33 ¶ † Sed ſupereſt dubitatio, an iſta cõis ꝓcedat caſu quo ſupereſſet perſona, quæ ex præſumpta mente excluderet ſubſtitutum, ut ẽt hoc caſu non debeant cenſeri inuicem ſubſtituti, & hoc caſu aduertendum eſt, quia docto. dubitant, an in iſto caſu fideicommiſſum intelligi debeat relictũ à quolibet uel ab ultimo tñ. & qualiter intelligi debeat declàrabitur infra in articulo fideicõmiſſarie, & tenẽdo illam opinionem, qđ fideicommiſſum cenſeat̃ relictũ à quolibet non obſtante ꝙ ſuperſtes excludat ſubſtitutũ iſta dubitatio non ꝓcederet ex quo tunc clarum eſſet, ꝙ non poſſunt cenſeri inuicẽ ſubſtituti, quia ſubſtitutio non fuit facta ultimo tantum, nec ultimus tñ grauatus. & iccirco ceſſaret diſpõ d. §. ſeia, ſolum poteſt ꝓcedere iſta dubitatio tenendo illam opinionem, ꝙ fauore ſupſtitis, quę excludit ſubſtitutum, iſta ſubſtitutio intelligatur facta ultimo tantum, non cuilibet quam opinionem tenuerunt plures ſcrib. in d. l. ſi pater impuberes & in d. l. pen. quos referam infra in articulo fideicommiſſarie. Tamen ſi etiã ponimus caſum, ꝙ ſubſtitutio ſit facta de bonis, ſeu hæreditate indiffinite, etiam ſecũdum docto. clarum erit quòd non poterunt dici inuicem ſubſtituti, quia licet intelligatur facta ultimo, non tamen legitur facta in toto, & ꝓpterea ceſſat diſpoſitio. d. §. ſeia quia requirit̃ utrũq; ad hoc ut habeat locum, ut ſupra dictum fuit. & ita dicunt Alex. conſi. xi. lib. iii. & cõiter docto. ut dicit Iaſ. in .l. poteſt ſupra de uulg. & conſi. xii. in .i. uol q̃uis Pau. de Caſt. in d. l. pen. & cõſi. cccliiii. tenuerit ꝙ uideantur ẽt hoc caſu inuicem ſubſtituti. nam uult, qđ ſi teſtator dixiſſet, ſi omnes filii mei deceſſerint ſine filiis, bona mea deueniant in eccleſiam. quòd dicti filii tacite cenſeñ inuicem ſubſtituti, niſi dicamus, qđ Pau. loquit̃ ubi oẽs ſunt deducti in conditio quo caſu illa diffinita intelligi omnino debet de portione utriuſq;. quia niſi eſſet perſona quę ex preſumpta mente excluderet ſubſtitutum ſemper ſubſtitutio diceretur facta in portione utriuſq;. & in toto, unde in caſu ſuo idẽ ui-

detur eſſe ac ſi expreſſe fuiſſet facta in toto. Tota igitur difficultas reducetur ad caſum, quando uel expreſſe fuit facta in tota hæreditate, uel intelligat̃ facta in tota, ex quo oẽs ſunt deducti in cõditione, & præſupponamus illam opinionem, qđ fauore ſuperſtitis cenſeatur facta ultimo tantum, & non cuilibet. & iſto caſu, & præſuppoſita dicta opinione, docto. magis cõiter admittunt, ꝙ uideri debeãt inuicem ſubſtituti, nam tenentes contrariũ illud affirmãt ex quo intelligunt, quod uideatur fideicommiſſum relictum à quolibet non autem ab ultimo tantum, ita tenuerunt Pau. & Soci. hic Alex. in d. l. ſi pater impuberes. & d. l. pater filium. §. ſi. licet ibi dicat cogitandum, idem tenuit Iaſ. in d. l. pen. & d. l. poteſt, dum reprobat opinionem Pau. de Caſt. ſupra relatam, ea ratione quia in caſu ſuo ſubſtitutio erat facta indiffinite, non expreſſe in toto. Idem uolunt Alex. & Iaſ. in d. l. penul. dum opponunt de tex. in d. §. ſeia. & ſoluunt, ꝙ in d. l. penul. non fuit facta ſubſtitutio expreſſa in toto. idẽ uoluit Sali. in d. l. pen. dum dicit, quod ratio quare in d. l. pen. filii non cenſeatur inuicẽ ſubſtituti ſit, quia ẽ directa pupillaris, unde uidetur innuere, ꝙ ſi eſſet fideicommiſſaria facta prædicto modo ꝙ uiderentur inuicem ſubſtituti, hoc expreſſe firmat Soc. conſ. ccxiix. & conſi. lxxvii. in præſenti conſultatione col. iiii. uerſi. unde ſtat dubitatio & conſi. lxxx. de duobus principaliter quæritur col. iii. ibi .n. concludit ꝙ non ſit aliqua differentia, an ſit facta ultimo expresſim, an facta ſub nomine collectiuo, quã eſt de tota hæreditate, eſt uerum qđ dubitat in fideicom. ea ratione, quia in ea poteſt intelligi fideicommiſſum fuiſſe relictum à quolibet, nõ ab ultimo tantum, hoc idem conſulendo decidit Iaſ. conſi. xxxiii. factum tale eſt in .i. uolu. ubi expreſſe concludit, ꝙ quia cenſetur facta ultimo, & eſt facta in omnibus bonis, ꝙ ideo uideantur inuicem ſubſtituti, q̃uis idem Iaſ. in d. conſi. xli ad ſi. uelit ꝙ non intelligantur inuicem ſubſtituti, ex quo fideicommiſſum cenſetur relictum a quolibet, non ab ultimo tñ, hanc eandem opinionem tenuit & per plura cõprobat Soc. hic & q̃uis Alex. & d. Rip. teneant contrariũ tñ concludunt oppoſitum ea rõne, quia uolunt ꝙ cenſeat̃ fideicom. relictũ à quolibet, non ab ultimo tñ, ſed intelligendo ꝙ ab ultimo tñ cenſeretur relictum, admittunt ꝙ uiderentur inuicem ſubſtituti, ꝓ iſta opinione ſolum adducitur iſtud fundamentum, ꝙ ex quo facta fuit ſubſtitutio expresſim in toto, ꝙ ideo debent cenſeri inuicẽ ſubſtituti, quia concurrunt oĩa requiſita neceſſaria ad effectũ ut ꝓcedat deciſio. d. §. ſeia. Ego ſemꝑ tenui, quòd nunq̃ iſti filii uidebuntur inuicem ſubſtituti & puto ꝙ idem uellet Bar. & alii antiqui, Moueor quia illa concluſio, quòd fideicom. uideat̃ relictum à quolibet, & nõ ab ultimo tñ eſt uerisſima, ut infra dicet̃ loco ſuo, unde attenta iſta opinione ceſſaret deciſio. d. §. ſeia ẽt ſecundum opinionem docto. Secundo Moueor, quia ẽt p̃ſuppoſita alia opinione, uidelicet ꝙ uideat̃ facta ultimo tñ, tñ impoſſibile eſt dicere, ꝙ interueniant req̃ſita neceſſaria ad effectum ut ui-
34 deatur inuicem ſubſtituti, & habeat locum deciſio, nam duo requirunt̃ ad hoc ut illa deciſio ꝓcedat, primũ quòd ſit expresſim factũ ſubſtitutio in toto, ſecundũ qđ ſit exp̃ſſim facta ultimo, ita Bart. in d. l. uel ſingulis quem ibi cõiter ſequuntur alii. & ultra Bar. ꝓbatur rõne, cum neceſſe ſit, quòd coniectura ad inducẽdum reciprocam ſumatur in conſequentiam expresſi. l. quidam cum filium ſupra de hæredi. inſti. Bal. in l. unica. C. de iis qui ante aper. tab. Soci. infra col. iii. & in l. in ambiguo ſupra de reb. dub. iccirco ad effectũ, ut ſumi poſſit hæc cõiectura ex eo quia ſit facta in toto, & ab ultimo, requirit̃ ꝙ utrunq; ſit exp̃ſſum, ſed in caſu ꝓpoſito, ſubſtitutio non fuit expresſim facta ultimo, nec ꝟba ſignificant, ꝙ ſit facta ultimo tñ, ſed ſolum intelligitur ꝓpter p̃ſumptam mentem teſtantis, attenta qualitate ꝑſonę ſuperſtitis, ut hic dicit Barto. in fi. & præſupponunt oẽs, iccirco nõ poterit induci reciproca, cum non ſumatur iſta coniectura in conſequentiã ex-

preſſi, ſed ſolum in conſequentiã, quia præſumitur facta ultimo fortificatur iſta opinio, quia iſta præſũptio, ꝙ intelligatur facta ultimo tãtum, capitur ſolum in caſu quo inter eſt ſuperſtitis, ut dicit Bar. in .d.l. codicillis unde cũ in caſu noſtro ſolum poſt mortem primi conſtabit, ꝙ intereſt ſuperſtitis, quando apparet ꝙ ſucceſſio primi ab inteſtato, ad eum ſpectaret, ut dicunt omnes doct. infra in articulo fideicõmiſſarie, cum igitur iſta interpretatio, ꝙ cenſeatur facta ultimo, non ſumatur ã principio, ſed ex poſt facto, quomodo in conſequentiam poteſt induci reciprocum fideicommiſſum? cum tunc non adſit teſtator, qui illud poſſit inducere, accedit quia deciſio tex. in d. § ſeia ſecundum doct. ꝓcedit ea rõne, quia aliàs certũ eſſet, ꝙ niſi ultimus intelligeretur ſubſtitutus primo, qđ ꝓ parte primi ſubſtitutio non potuiſſet ualere, ſed dicta ratio ceſſat in caſu noſtro, quia plurib. caſibus poteſt ualere fideicom. in portione primi, etiam ꝙ ultimus non intelligat̃ ſubſtitutus primo, uidelicet in caſu quo ceſſet ſucceſſio inter illos, uel quia ſuperſtes nolit habere ſucceſſionẽ primi, ergo non poterunt cenſeri inuicẽ ſubſtitui, & ceſſabit deciſio. d. § ſeia. cum ceſſet prædicta cõ & ſi dicatur, ꝙ ex quo ſubſtitutio fuit facta ſub nomine collectiuo, & præſumitur facta ultimo, ꝙ pariter præſumitur teſtatorem uoluiſſe præferre ultimũ illi ſubſtituto, & idcirco cẽſeri debeat, ꝙ ultimus ſit ſubſtitutus primo, per ea quæ ſupra dicta ſunt ultra doct. circa rõnem. d. § ſeia Reſpondetur ꝙ licet præſumatur facta ſub nomine collectiuo ea ratione, quia uelit fratrem ſuperſtitem excludere ſubſtitutum, tamen hæc præſumptio non eſt neceſſaria, quia poteſt cenſeri adiecta illa conditio, ſi ambo deceſſerint, propter aliud, uidelicet ad effectũ, ut in utriuſq; portione habeat locum fideicommiſſum prout quando ſit duobus extraneis. ſecundo modo reſpondetur, ꝙ non præſumitur facta ſub nomine collectiuo ea ratione, quia uelit omni caſu ſuperſtitem excludere ſubſtitutum, ſed ſolum in caſu quo ſuperſtes poſſet ſuccedere primo, ut cõcludunt omnes infra in materia, idcirco ſequitur ꝙ illa conditio ſolum præſumi poteſt adiecta ſub nomine collectiuo, propter iſtam rationem, ne illa ſubſtitutio præiudicet ſuperſtiti, caſu quo poſſet ſuccedere primo, ex cauſa teſtati, uel inteſtati, idcirco ſolũ operabitur dicta pręſumptio, ꝙ ſubſtitutio non preiudicat ſuperſtiti, non autem, ꝙ ſuperſtes intelligatur ſubſtitutus primo.

¶ Ex prædictis habes, ꝙ nullo caſu ultimus cenſeri poteſt ſubſtitutus primo in conſequentiam, præterquam in caſu quo ſit expreſſim facta ultimo, & expreſſim in toto dicta ſubſtitutio, & hoc clare dixit Bart. in. d. l. uel ſinguliſ, & eſt de mente aliorum antiquorum, & nunquam ſufficit, ꝙ præſumatur facta ultimo, ſicut non ſufficit, ꝙ præſumatur facta in tota hæreditate, & licet Soci. hic dicat, ꝙ caſu quo præſumitur facta ultimo, & ſit expreſſe facta in toto, ꝙ de mente Bart. ſit, ut uideãtur tacite adinuicem ſubſtituti, tamen ueritas eſt in oppoſitum, quia Bar. ubiq; requirit, quod expreſſe ſit facta ultimo, non aũt uult qđ ſufficiat, ſi ſolũ p̃ſumatur ultimo facta. & iſta opinio nullam poteſt habere dubitationẽ, maxime quia illa cõcluſio, ꝙ ſubſtitutio intelligatur cuilibet facta non autem ultimo, tñ. eſt ꝟiſſima. & de mente doct. qcquid equiuocando dixerint tenẽtes cõtrariũ, ut infra dicã in materia

35 ¶ Quid modo ſi teſtator † pluribus ſub una determinatione ſubſtituiſſet in tota hæreditate uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, an hoc caſu fideicõmiſſum uideatur relictum ab ultimo tantum, Soci. in d. conſ. ccxlix. dixit, ꝙ ſic. quia ſicut alię duæ, uidelicet uulgaris, & pupillaris intelliguntur factæ ultimo, ſic etiam fideicommiſſaria, ut ſit æqualis determinatio argu. l. iam hoc iure ſupra de uulga. Sed hoc reprobat do. de Ripa: hic, & bene. & contrarium eſt ex mẽte Bart. hic in fi. ut latius infra declarabitur. Sed an quando ſubſtitutio eſt facta poſt mortem plurium qui ſolum ſunt poſiti in conditione, iſti cenſeri debeant honorati, dixi in l. centurio in ultima. q. ii. principalis Bar. ſupra de uulga.

¶ Notant etiam doct. ex tex. noſtro, ꝙ ſecundo Moriẽs grauatus ꝑ fideicom uidetur etiam grauatus reſtituere id quod habuit iure fideicommiſſi à primo, contra iſtud notabile opponit Bar. de l. titia ſupra ad l. fal. & ſoluit dupliciter. primo, ꝙ in l. noſtra prius reliquit fideicõmiſſum, poſtea grauauit in l. contraria teſtator prius grauauit poſtea legauit. ſecũdo ſoluit, ꝙ in l. noſtra teſtator fuit uſus uerbis generalibus de quo tamen Bart. ſe remittit ad no. per eum in l. Marcellus ſupra eo. & in l. ſceuola infra eo. & quia hic articulus, an & quando prælegata ſeu fideicommiſſa relicta grauato ueniant in fideicommiſſo uniuerſali, eſt utilis & ſubtilis & male iudicio meo à doct. declaratum propterea uolo plenius, quàm cęteri illum examinare, & maxime quia aliqua poſt Bar. circa iſtum articulum ſcribunt Ang. Alex. & Soc. hic, & poſt eos late illum proſequitur. d. de Ripa.

¶ In iſto igitur articulo, an & qñ prælegata, ſeu fideicõmiſſa ueniant in fideicommiſſo uniuerſali, ſunt plures caſus diſtinguendi.

36 ¶ † Primus eſt, quando teſtator uſus fuit uerbis generalibus, quia fuit dictum, reſtituas omnem hæreditatem, uel omnia bona, uel quicquid ex hæreditate mea peruenit uel quicquid ex bonis. & iſto caſu concluſio omnium eſt, ꝙ in iſto fideicommiſſo uniuerſali contineantur prælegata, ſeu fideicommiſſa relicta grauato, ita Bar. hic, & in d. § quidam liberis, quem ſequuntur communiter doct. hic & ibi, & in l. cum uirum. C. de fideicom. & ꝓ iſta concluſione allegant tex. in d. l. cum uirum, & in l. cum pater § fidei tuæ ſupra de leg. ii. allegatur etiam regulã, ꝙ qui totum dicit nihil excludit l. Iulianus ſupra de leg. iii. l. a procuratore. C. mandati.

¶ Iuxta iſtam cõem concluſionẽ ſunt tres dubitationes prima eſt an procedat ẽt ꝙ ſecundum ordinem ſcripturæ priua factum ſeu ſcriptum, ſit fideicommiſſũ uniuerſale poſtea ſcriptum ſit legatũ. ſeu fideicommiſſum, qđ relinquitur grauato. Bar. hic circa ſol. contrarii. d. l. titia in prima ſol. referendo illam ad tex. noſtrũ uidetur uelle, ꝙ dicta concluſio non ꝓcederet in iſto caſu, ut ẽt hic ponderant Moder. tamen ego credo, ꝙ Bart. hic non loquatur de ordine ſcripturæ, ſed de alio, ſic ẽt uidetur uelle gl. in. d. l. cum uirũ q̃uis & ipſa intelligi poſſit, ut loquat̃ de alio ordine, non de ordine ſcripturæ, ut ſtatim dicã. Contrarium, ꝙ immo dicta concluſio ꝓcedat etiam hoc caſu concludunt communiter doct. hic, & in d. § quidam liberis Cy. Bal. Pau. & alii in d. l. cum uirum Alex. in d. l. titio in primo not. & ꝓ hac opinione uidetur caſus in. d. l. cum pr̃ § fidei tuæ, & non eſt aliqua difficultas in hoc, ubi teſtator uſus fuiſſet ꝟbo, ꝑuenerit, quia dixiſſet, quicquid ex bonis, uel ex hæreditate ꝑuenerit, quia illud ꝟbũ ſignificat tempus futurũ cum p̃terito. l. ꝟbum erit infra de uer. ſig. & in his terminis p̃ciſe loquitur tex. in d. § fidei tuæ. difficultas eſt quando eſſet uerbum, qđ ſolum ſignificaret tempus p̃teritum. prout eſt uerbum reliqui, ut puta, quia dictum foret, qcquid ex hæreditate uel bonis tibi reliqui, reſtituas, an hoc caſu ueniat prælegatum, ſeu fideicommiſſum poſtea ſcriptum, & relictum illi grauato, Raphe. & Corn. in d. l. cum uirum. Hercu in d. l. titia arbitrantur idem eſſe, ſed contrarium tenuerunt in hoc ultimo Pet. & Salic. in d. l. cum uirum. & .d. de Ripa hic. Sed præcedens opinio magis placet, quia illud uerbum reliqui habet relationem ad tempus mortis, quo tempore omnia confirmantur l. omnium. C. de teſta. & eſt caſus in l. talis ſcriptura § fi. cum. l. ſeq. ſupra de leg: i. & per alia, quæ infra dicentur.

37 ¶ † Secunda eſt dubitatio an dicta concluſio ꝓcedat caſu quo fideicommiſſum uniuerſale foret purũ. prælegatũ uero, & fideicõmiſſum relictũ grauato eſſet cõditionale itaq; cederet prius dies fideicõmiſſi uniuerſalis & hoc ca

ſu indubitanter teneo, ꝙ dicta cõcluſio non procederet, & in bis terminis intelligo dictum gl. in d.l. cum uir℞. & Bar. hic circa primã ſol. ad d.l. titia. nã hoc caſu ſemper prælegatum, quoad ordinem intellectus dicetur poſtea factũ. ex quo teſtator intelligitur ſolum eo tempore facere prælegatum, cedit illius prælegati, ut eſt text. in l. Paulo calimacho ſupra de lega. iii. per quem text. ita dicunt Cuma. & Alexan. in l. ita tamen §. qui ſuſpectã poſt Bart. ibi ſupra eod. Pro quo facit quia tũc incipit eẽ legatum quando dies cedit, ut eſt caſus in l. i. ſupra de regu. catho. & late declaraui in l. iii. ſupra de lega. i. Et ad ita tenendũ moueor, quia tempore quo cedit dies fideicommiſſi vniuerſalis hæres grauatus non poteſt grauari in d. prælegato ſibi relicto ſub conditione, quia nondum ſibi datum eſt, igr̃ impoſſibile eſt, ꝙ prælegatum ueniat in hoc fideicommiſſo, cum in obligatione hæreditatis, quæ oritur qñ cedit dies fideicommiſſi, non contineatur obligatio huius prælegati, & ſi dicatur, ꝙ ſaltem ex poſt facto in iſto fideicommiſſo uniuerſali ueniat obligatio prælegati. Reſpondetur quod hoc eſt impoſſibile tum quia res particulares non ueniunt principaliter in fideicommiſſo ſed ſolum in conſequentiam hæreditatis. ut per Bar. & alios in l. i. col. iiii. uerſi. tertia regula ſupra de lega. i. & ſi ex poſt facto, poſt obligationem hæreditatis ueniret obligatio rei prælegatæ, illa ueniret principaliter non in conſequentiam, tum etiam quia ſi foret facta reſtitutio hæreditatis tempore quo cedit dies fideicommiſſi, clarũ eſt, ꝙ non ueniſſet res prælegata quia nondum ad grauatum peruenerat, nec teneretur ipſe grauatus facere aliam reſtitutionem de re prælegata, ubi ad eum perueniſſet, q̃a non eſt grauatus niſi ad unam reſtitutionem, l. boues §. hoc ſermone infra de uer. ſign. & in terminis, ꝙ non teneatur reſtituere id, quod ad eum perueniſſet poſt reſtitutionem eſt deciſio Decii conſ. lxxx. propterea non debet augeri obligatio ipſius grauati, ex eo quia diſtulit reſtitutionem fideicommiſſi in re prælegata, cum ſolum augeri ſoleat in fructibus, qui percipiuntur poſt moram, iuxta not. in l. in fideicommiſſaria ſupra eo. tit. & hanc opinionem uidetur firmare d. Ripa hic in fi. huius articuli, licet prædicta non alleget, fortius dico idem eſſe, quando fideicommiſſum uniuerſale eſſet purum, & prælegatum etiam eſſet purum, ꝙ tunc non ueniret in hoc fideicommiſſo, ratio eſt, quia ſtatim ꝙ grauatus eſt hæres obligatur ad reſtitutionem hæreditatis ex fideicommiſſo, & tamen non ſtatim ꝙ eſt hæres, obligatur reſtituere rem prælegatam quia non poteſt obligari ad reſtitutionem rei prælegatæ, anteq̃ illam ſit conſecutus. l. ſi legatarius ſupra de lega. iii. l. imperator ſupra de lega. ii. & clarum eſt, quod ante aditionem cohæredis non potuit dominium uere ad grauatum peruenire pro portione cohæredis. l. ſi tibi homo §. cũ ſeruus. ſupra de lega. i, & quod ibi not. docto. nec etiam poſſeſſio ante traditionem ipſius cohæredis toto tit. ff. & C. quorum legatorum, & ideo militant prædictæ rationes, uidelicet ꝙ nõ ueniat quia ante oritur obligatio fideicommiſſi uniuerſalis, q̃ obligari poſſit ipſe grauatus ad reſtitutionem rei ſibi prælegatæ. ex quibus omnibus puto concludendum, ꝙ licet u̾ba ſint admodum generalia ita demum in illo fideicõmiſſo continebitur prælegatum factum grauato, ſi ad ipſum grauatum perueniſſet, anteq̃ cederet dies fideicommiſſi, nam tunc quoad ordinem intellectus diceretur prius legaſſe, poſtea grauaſſe, ubi vero dies fideicommiſſi cedit anteq̃ res prælegata peruenire poſſit ad grauatũ, put qñ fideicommiſſum eſſet purum, prælegatum conditionale, uel qñ utrunq; eſſet purum, tunc nunq̃ contineretur ꝑlegatũ in dicto fideicom. q̃a hoc caſu ſecundum ordinem intellectus diceretur ſemper prius grauatus, hoc eſt prius obligatus ad reſtitutionem fideicommiſſi, q̃ ſibi ſit prælegatum. hoc eſt anteq̃ res prælegata ad eum perueniat, ita puto dicendum per prædicta, & quia in omnibus legibus, in quibus dicitur, ꝙ ueniunt prælegata in fideicommiſſo. ponitur caſus in fideicommiſſo conditionali, ſeu poſt mortem grauati, & in prælegato, quod ad grauatum perueniſſet, anteq̃ cederet dies illius fideicommiſſi uniuerſalis, ut clare habetur in d. §. quidam liberis in d.l. cum uirum, & in d. §. fidei tuæ, & in l. liberto §. filiũ ſupra de an. leg.

38 ¶ Tertia dubitatio eſt, † an prædicta concluſio procedat etiam ꝙ grauatus foret prohibitus alienare rem prælegatam Bar. & Pau. in l. lucius §. pluribus infra eo. per illũ tex. dicunt ꝙ non ſequuntur Alex. & communiter alii in d. §. quidam liberis, Soci. totum poſt Imol. in d. §. quidam liberis. & Ripa hic tenent, quod non obſtante ꝓhibitione prælegatum contineretur in fideicom. & ad tex. in d. §. pluribus reſpondent, ꝙ ibi ultra ꝓhibitionem de non alienando erat facta ſubſtitutio in re prælegata in caſu mortis, q̃ derogat generali. l. ſanctio legum infra de pœnis. Tu mõ aduerte circa intellectum d. §. pluribus, quia dubitatio in tex. illo, non tantum eſt in ea parte prælegati, quam ille grauatus capit a cohæredibus ſed ẽt in ea parte, quam capit ex illa hæreditate, ex qua fuit inſtitutus & quam grauatus fuit reſtituere, & quoad iſtam partem uidebatur omnino dicendum ꝙ non poſſet deduci, quia illam habet iure hæreditario, & propterea debet uenire in reſtitutione. l. in fideicommiſſaria §. primo ſupra eo. & infra dicetur. tex. tamen ibi decidit oppoſitũ uidelicet ꝙ etiam hanc partem deducit nam uult ꝙ habeat tertiam prælegati cum aliis liberis, rationem decidendi ponit tex. ꝙ ideo non debet reſtituere perceptionem, quia teſtator uoluit etiam deducere legata. in eo qđ dixerat, deducto ære alieno, & legatis ſibi uiginti &c. q̃ tamen ratio non pertinet quoad illam partem, quam capit grauatus iure hæreditario, quia pro ea parte legatũ non ualet, l. legatũ, la ii. §. primo. l. qui filiabus §. ſi. cum l. ſeq ſupra de lega. primo, propterea credo, ꝙ textus præſupponat, ꝙ ille grauatus capiat, illud prælegatum etiã pro ea parte, pro qua fuerat inſtitutus, iure legati, non autem iure hæreditario, tanq̃ ꝙ pro illa parte non uideatur legatum ſibi a ſemetipſo, ſed a fideicommiſſario, cui grauatus erat reſtituere hæreditatem nam negari nõ poteſt, quin tex. uelit, ꝙ capiat etiam illa uiginti iure legati, quæ tamen capit ex ea parte hæreditatis, ex qua ipſe fuit inſtitutus, & grauat⁹ reſtituere. l. deducta §. nummis infra eo. l. cum pater in prin. ſupra de lega. ii. & not. in l. in quartã ſupra ad l. fal. & hoc eſſe non poteſt aliter. q̃ ſi intelligamus relictum fuiſſe ipſi grauato ꝓ ea parte ab ipſo fideicommiſſario, ꝓut latius declaraui in d.l. in quartã, quod dictum eſt ualde notandum, & confert ad plura, ut ibi dixi, & ideo ratio tex. in d. §. pluribus eſt, ꝙ quia uoluit teſtator ut deduceret legata, quæ etiam capiebat ex ea parte hæreditatis quam grauatus erat reſtituere, ꝙ eodem modo uidetur etiam uoluiſſe, ꝙ deducat perceptionem dicti fundi, quam etiam capit ex dicta parte hæreditatis quo uero ad eam partem prælegati quam capit a cohæredibus, dicta ratio non uidetur pertinere, ſed text. præſupponit pro indubitato, ꝙ pro ea parte non ueniant in fideicommiſſo, niſi dicamus, ꝙ tex. uelit hoc modo rationẽ ſuam adaptare, uidelicet ꝙ ea ratione qua uoluit ꝙ deduceret legata, quæ capit ex illa parte hæreditatis, quam grauatur reſtituere iccirco etiam legata, quæ capit a cohæredibus, Bar. tamen intelligit, ꝙ ratio decidendi quoad illam partem, quam capit iure prælegati a cohæredibus ſit, ex quo prohibitus fuit alienare. Alii dicunt ꝙ ratio ſit, quia fuit facta ſpecialis ſubſtitutio iure prælegati, ut ſupra retuli, quaſi ꝙ ex dictis rationibus tex. interpretetur, quod teſtator uoluerit deducere legata. Poteſt etiam addi alia ratio, uidelicet quia fideicommiſſum erat purum, quo caſu non uidetur ꝙ teſtator uelit in eo fideicommiſſo includere legata, per ea quæ ſupra dicta fuerũt adeo ꝙ tex. ille non concludenter uidetur probare opi-

nionem Bar. Puto tamen ꝙ opinio Bar. & communis ſit
vera, quia ſi diceret rem prælegatam uenire in fideicom-
miſſo, non obſtante prohibitione, dicta prohibitio eſſet
nullius momenti. & ſupflua ipſi grauato, quia ante reſtitu
tionem clarum eſſet, ꝙ non potuiſſet alienare. l. iii. C. cõ
munia de leg. nihilominus poſt reſtitutionem, quia trans-
ſiret in dominium fideicommiſſarii, ideo non debet ueni
re in reſtitutione fideicõmiſſi, argu. l proculus, & quod
ibi not. ſupra de uſufruc. ubi habetur ꝙ ꝓhibitio de non
alienando operatur, ꝙ uideatur legata proprietas uſufru
ctuario. Accidit, quia ea ratione qua ſpecialis ſubſtitutio
facta in re prælegata in caſu mortis operatur ꝙ res præ-
legata non ueniat in fideicommiſſo generali ut ſupra di-
ctum fuit, & hoc procedit indiſtincte, q̃uis illa ſubſtitutio
non habeat effectum, eadem ratione illud ſpeciale fidei-
commiſſum, quod eſt in prohibitione de non alienando
in caſu contrauentionis debet operari, ꝙ non includa-
tur res prælegata in illo generali fideicommiſſo, q̃uis il-
lud ſpeciale fideicommiſſum non habeat effectum.

39 ¶ Secundus caſus eſt, † quando fideicommiſſum fuit fa-
ctum indiffinite, & hoc caſu ſi grauatus ſit hęres reſtituere
bona indiffinite, communiter doct. conueniunt ꝙ regu-
lariter ueniunt prælegata. ſeu fideicommiſſa relicta gra-
uato, ita Bar. in d. §. quidam liberis in fi. ſequuntur com-
muniter docto. ibi, ſed dubitatio eſt an idem ſit qñ graua
tus eſſet qs reſtituere hæreditatem indiffinite nam in hoc
ſunt opiniones, quia Bar hic reſpondendo ad l. titia vide
tur uelle ꝙ ueniant, ex quo dicit ꝙ ideo in dicta l. titia
non ueniunt, quia prius grauauerat, poſtea prælegauerat
hoc idem dicunt Bal. & Angel in. d. l. cum uirum, & hãc
dixit communem I. aneel. pol. in l. filium quem habentẽ.
C. famil. hercis. & Dec. conſi. lxxxi. in caſu propoſito, in
iii. dubio. Contrariũ, ꝙ hoc caſu non ueniãt, & ꝙ ſit diſ-
ferentia, an quis ſit grauatus reſtituere bona indiffinite.
an hæreditatem indiffinite, tenuerunt glo. Imo. Pau. &
Alex. in d. §. quidam liberis, & hanc dixit communem. d.
Ripa hic. & pro iſta opinione allegatur primo text. in l.
ſi titius ſupra de lega. iii. ubi uidetur caſus, nam licet in
text. illo ponatur caſus. ꝙ prius teſtator grauaſſet, poſtea
prælegaſſet. prout colligitur ex tex. in uerſi. rurſus, tamen
tex. ille non ſe fundat in ordine ſcripture, ſed in eo, quia
appellatione hæreditatis nec legata, nec fideicommiſſa
continebuntur allegatur etiam tex. in d. l. titia, eſt uerum
ꝙ ibi poſtea prælegauerat ut hic dicit Bar. ſed pro pri-
ma opinione, quòd immo ueniant, quando fideicom-
miſſum fuit de hæreditate indiffinite, allegatur. quia hęc
indifinita hæreditatis debet equipollere uniuerſali. l. ſi
pluribus ſupra de legat. ii. & propterea idem debet eſſe
prout ſi dixiſſet, reſtituas omnem hæreditatem. ſecundo
quia paria ſunt, uel quòd quis grauetur reſtituere bona,
uel hæreditatem. l. cogi in principio ſupra eo, uel etiam
grauetur reſtituere patrimonium. l. in quantitate patri-
monii ſupra ad l. fal. l. lucius ſupra famil. hercis. l ii. §. hæ-
res. C. quando & quibus quarta pars debetur libro. x. igi-
tur ſicut ueniunt prælegata, quando fideicõmiſſum fuit
de bonis indiffinite, ita etiam quando fuit fideicõmiſſũ
de hæreditate indiffinite, & hoc argumento utitur Deci.
in conſi. lxxx. ad probandum quòd ueniant prælegata,
quando fideicommiſſum ſit de patrimonio indiffinite.
Quid dicendum? Ego ſequor iſtam opinionem, quòd
ueniant prælegata in hoc fideicommiſſo de hæreditata
indiffinite, Moueor, quia prælegata comprehenduntur
appellationa hæreditatis, intelligendo de illa hæredita-
te, quæ eſt tempore mortis defuncti nam. ſignificat omne
ius, quod defunctus habet tempore mortis. l. nihil aliud
infra de uerbo. ſignifi. & legatum dicitue deductum, ſeu
de libatum ab ipſa hæreditate. l. legatum la. ii. in prin. ſu-
pra de lega. i. Moueor ſecundo, quia iſta due uniuerſales
omnia bona, & omnem hæreditatem æquiparantur. d. l.
cum uirum iuncto tex. in d. §. fidei tue, Iccirco etiam ſuæ
indiffinite debent parificari, cum equaliter ab utraq; de-
matur ſignum uniuerſale. nã ſi ab equalibus equalia de-
mas, remanentia debent eſſe æqualia. l. quæ de tota ſupra
de rei uend. non obſt. tex. in d l. ſi titius, nam reſponde-
tur, ꝙ ille tex. loquitur in caſu, quando fideicommiſſum
eſt purum, quo caſu, ut ſupra dixi, nunq̃ prælegatum ſeu
fideicom. relictum grauato ueniret in dicto fideicõmiſ-
ſo, non obſtat ratio. quæ ponitur in illo tex. uidelicet q a
appellatione hæreditatis legata neq; fideicommiſſa cõ-
tinebuntur, quia reſpondetur, ꝙ ſenſus dictorum ꝟborũ
non eſt, ꝙ hæreditas non ſignificet rem prælegatam, q a
ſi hoc diceret. male diceret. & contra tex. in d. l. cum uirũ
& in l. liberto § filium ſupra de annu. lega. tanto magis
capiendo ſignificationem, quam habet hæreditas ante.
aditionem, ut ſtatim dixi, ſed ſenſus eſt, ꝙ ex quo fidei-
commiſſum intelligitur de ea hæreditate, quæ ſit apud
grauatum tempore quo cedit dies fideicommiſſi. & gra
uatus obligatur ex fideicommiſſo, ideo appellatione hę-
reditatis in caſu dicte legis, non continebuntur legata
ſeu fideicommiſſa relicta ipſi grauato. ex quo fideicom-
miſſum uniuerſale eſt purum, res relicta per legatum ſeu
fideicommiſſum nõ poterit eſſe apud grauatum tempo-
re quo cedit dies fideicommiſſi, & grauatus incipit obli
gari ex fideicommiſſo, unde non poterit contineri ap-
pellatione illius hæreditatis, in qua grauatur hæres ꝑ fi-
deicom. purum, & hoc modo declarando text. ille non
obſtabit, non enim negatur in tex. illo, quin prælegatum
ſeu fideicommiſſum relictum grauato cõtineatur appel-
latione hæreditatis; quando perueniſſet ad grauatum
anteq̃ cederet dies fideicommiſſi uniuerſalis, quod cla-
rius ꝓcederet intelligẽdo, ꝙ in tex. illo ſit uerbum con-
tinebunt, prout ſe habet cõis litera, nam illud uerbum de
notaret, ꝙ ſi legata nõ comprehẽditur appellatione hę-
reditatis, id nõ ſit attenta naturali ſignificatione illius di-
ctionis, hæreditas, ſed attento aliquo accidenti, put eſt d
natura ꝟbi futuri temporis. Bar. in l. i. col. i. ſupra d cõd.
& demon. eodẽ modo poteſt reſponderi ad tex. in d. l. ti
tia, ex quo in caſu d. l fideicõmiſſum uniuerſale eſt purũ.
Concluſio igr̃ erit, ꝙ omni caſu quo fideicõmiſſum uni-
uerſale ſit purum, nunq̃ ueniat ꝓlegatum, ſeu fideicõ. re-
lictum grauato, etiam ꝙ illud prælegatum ſit purũ, quia
ut ſupra dixi prius dicit obligatus ex fideicõmiſſo uni-
uerſali, q̃ ad eũ ꝑueniat res ſibi relicta per legatum ſeu fi-
deicommiſſum, & in his terminis proprie loquitur tex. i
d. l. ſi titius, & in d. l. titia, & hanc concluſionem intelligo
procedere ſiue fideicommiſſum ſit de bonis indiffinite,
ſiue de hæreditate, ſiue etiam ſit factum ꝑ ſignum uniuer
ſale, ut dixi in præcedenti caſu, ſi uero fideicommiſſum
uniuerſale ſit conditionale, ita ꝙ prælegatũ ſeu fideicõ.
relictum grauato ad eum debeat peruenire, anteq̃ cedat
dies fideicom. uniuerſalis, & tunc continebitur in ipſo
fideicommiſſo, non tñ in caſu quo fideicommiſſum eſ-
ſet factum cum ſigno uniuerſali, ſed etiam quando foret
de hæreditate indiffinite, & de hoc mihi uidetur caſus i
d. l. liberto § filium, ꝓut apparebit ex iis, quæ ſtatim infra
dicemus, circa intellectum ipſius. l. nec obſtat ſi dicatur,
ꝙ iſtud uidetur contra tex. in d. l. cum uirum, & in d. l. cũ
pater § fidei tue, in quibus ponderatur hęc ratio ꝙ fidei
commiſſum ibi ſit factum per uerba generalia, nam re-
ſpondetur ꝙ etiam dicetur factum per uerba generalia,
qñ fuit factum indiffinite, ex quo illa indiffinita equipol-
let uniuerſali. d. l. ſi pluribus, nec puto diſtinguendum eſ-
ſe, an ſit prius ſcriptum fideicommiſſum q̃ legatum, ſed
ſolum diſtinguendum, ut ſtatim dixi, an prælegatum
ſeu fideicom. debuit peruenire ad grauatum antequàm
cedat dies fideicommiſſi uniuerſalis, an non, ut patet
ex prædictis.

40 ¶ Tertius caſus eſt, † quando fideicom. foret de parte,
ſeu portione, & in caſu iſto concludunt docto. ꝙ ſi fidei-
com. ſit de parte, ſeu portione, hæreditatis, ꝙ nunq̃ ue-

niunt prælegata,ſeu fideicommiſſa relicta grauato,etiam ꝙ perueniſſet ad grauatum anteꝗ cederet dies fideicommiſſi.& pro hac concluſione eſt caſus in d.l. Marcellus. §.quidam liberis,a contrario ſenſu. Rationem huius alij qui putant eſſe,quia appellatione hæreditatis non poſſunt ſignificari legata,ſeu fideicommiſſa,ſed non bene dicunt,ut ſtatim diximus. Puto igitur ueram rationem eſſe,quia ꝗtumuis prælegata ſeu fideicommiſſa relicta grauato contineantur in hæreditate,non tamen dicuntur eſſe de parte,ſeu portione hęreditatis ipſius grauati,ſed de parte ſeu portione hæreditatis cohęredis,a quo fuerunt relicta,& a qua parte fuerunt delibata,ſeu detracta,propterea non dicentur comprehenſa in fideicom. de parte hæreditatis grauati.Contra iſtam concluſionem obſtat tex.in d.l.liberto.§.filium ſupra de annu.leg.nam ibi fuit fideicom.de dimidia hæreditatis,& deciditur,ꝙ in eo fideicommiſſo uenit etiam dimidia eius,quod habuit grauatus ex fideicommiſſo,ad illum tex.reſpondent Dyn.& Bar.ibi.Alex.& communiter alii in d.§.quidam liberis,ꝙ eſt ſpeciale illo tex.ex quo ille eſt grauatus reſtituere filiis teſtatoris,& in caſu iſto limitant prædictã cõcluſionem,ſed Soc.in d.§.quidam liberis dicit,ꝙ ſola affectio filialis nõ operatur,ꝙ legata ſeu fideicõmiſſa relicta grauato ueniant in fideicom.niſi quam ſint uerba generalia, ut uidetur probare tex.in d.l.cum pater.§.fidei iuæ. Addit Ripa hic quòd ratio paternæ dilectionis nõ uidetur poſſe alterare ſignificationem uerborum,& operari,ꝙ teſtator uideatur aliter dixiſſe,ꝗ uerba ſonant & propterea pro ſolu.ad illum text.aliter dicit,uidelicet ꝙ ratio decidendi ſit in tex.illo,ex quo ille grauatus erat hæres fiduciarius,ſed iſta ratio non uidetur uera,quoniã uxor grauata in d.§.filium non grauatur reſtituere per fideicõmiſſum omne id quod ſibi relictum fuit,ſed ſolum partem.& ideo non poteſt dici hæres fiduciaria. Quid igitur dicemus circa illum text.Ego credo ꝙ docto.non bene cõſiderarint rationẽ.d.l.ꝗppe in tex.illo nõ eſt dubitatio de hoc,an pars eius,quod uxor habuit ex fideicõmiſſo,ueniat i eo fideicõmiſſo de pte dimidia hęreditatis,ꝗ grauat reſtituere filio teſtõris,ſed tex.pſupponit ꝓ indubitato,ꝙ ueniat,dubitatio ſolum eſt de eo an in ea dimidia quæ debuit reſtitui filio,imputari debeat id,quod filius deduxit nomine falcidiæ,& tex.decidit,ꝙ ſic,adeo ꝙ deciſio.d.l.in eo de quo ibi dubitatur,eſt contra filium,nõ pro filio.& propterea non uideo qua ratione Bart.& alii magis communiter dixerint,quòd in text.illo conſideratur filialis affectio illius fideicommiſſarii,qui eſt filius teſtatoris,cum deciſio in eo,de quo eſt dubitatio ſit in præiudicium filii,& in commodum grauati. Si igitur quæris.quæ ſit ratio,quare tex.pręſupponat pro certo & indubitato,quòd in eo fideicommiſſo de dimidia hæreditatis ueniat pars eius,quod grauatus habuit ex fideicõmiſſo.Rñdeo rationem eſſe,quia in caſu.d.l.denominatio partis dimidię hæreditatis,non eſt poſita ad diſtinguendum partem hæreditatis,ex qua grauatus fuit inſtitutus.ab alia ex qua eius cohæres ſit inſtitutus,ſed ad denotandum quotam hæreditatis ſimpliciter,& indiffinite ſumpte,& ideo intelligitur non tantum de ea dimidia hęreditatis,quam habuit ex inſtitutione,ſed etiã eius hęreditatis,quam habuit ex fideicommiſſo,quæ ratio ceſſat in caſu.d.§.quidam liberis,quia ibi fuit grauatus reſtituere partem ſuam ſeu portionem ſuam hæreditatis quo caſu denominatio partis ponitur ad differentiam partis cohæredis,& ideo in dicto fideicommiſſo nõ uenit hęreditas,quam habuit a cohęrede per fideicommiſſum,quia illa non dicetur eſſe de parte grauati,ſed de parte cohęredis,ut ſupra dixi diſtinguendum,eſt igitur quòd aut fideicommiſſum eſt de parte ſeu portione hęreditatis grauati,& tunc procedat text.in d.§.quidam liberis & prædicta concluſio,uidelicet quòd non ueniunt legata ſeu fideicommiſſa,aut uero fideicommiſſum eſt de dimidia hæreditatis,uel de aliqua alia quota,& tunc ueniunt legata,ſeu fideicommiſſa,nam hoc caſu appellatio hęreditatis profertur ſimpliciter & abſolute,licet ſolum quota hęreditatis ſit in fideicommiſſo,& ita loquitur & procedit tex.in d.§.filium.uides igitur,quòd in d.§.filiũ eſt caſus pro illa opinione,quòd in fideicommiſſo hæreditatis indiffinite ueniunt prælegata,ſeu fideicommiſſa relicta grauato,uides etiam quòd tex.ille non probat,ꝙ ubi quis grauatur reſtituere partem ſuam ſeu portionem ſuam hęreditatis filio teſtatoris quòd ueniant prælegata ſeu fideicommiſſa,& propterea credo quòd dicta limitatio,ꝗuis ſit communiter recepta,non ſit uera,quia non probatur iure.

41 ℭ Secundo concludunt doct.† quòd ſi fideicommiſſum ſit de portione ſua ſimpliciter,quia non ſit dictũ de portione hęreditaria,ſeu hæreditatis,quòd regulariter in dicto fideicommiſſo ueniant pręlegata per tex.ubi dicunt eſſe caſum.in d.§.quidam liberis,qui tex.licet loquatur in legatis,tamen ſecundum docto.procedit etiam in fideicomiſſis relictis grauato,quia equiparantur in hac materia.d.l.ſi titius ſupra de lega.iii.adeo ꝙ grauatus reſtituere portionem ſuam,uidetur etiam grauatus reſtituere portionem,quam habuiſſet a cohæredibus,eſt uerum quod in hoc ultimo,oppoſitum uidetur uoluiſſe Bar.in l.ſceuola in ultimis uerbis infra eo.& Ange.in l.ita tamẽ §.qui ſuſpectum ſupra eod.per tex.in l.pater §.quindecim ſupra de lega.iii.ad quem tamen reſpondent docto.ꝙ in d.l.portio aliorum non obuenerat grauato ex iudicio teſtatoris,ſed ex titulo uenditionis,& ideo in ea parte non poterat grauare,ueritas huius concluſionis depẽdet ab intellectu,& ratione decidendi text.in d.§.quidã liberis,nam ſi intelligimus quòd ratio decidendi illius legis ſit,quia appellatio portionis adapiatur ſemper ad ſignificandum legata uel fideicommiſſa relicta grauato quia ſemper dicentur eſſe de portione grauati,ꝗuis non dicantur eſſe de portione hæreditatis illius grauati concluſio iſta erit generaliter uera,ſi uero intelligamus,ꝙ ratio decidendi illius text.ſit,quia in caſu illo teſtator non tantum fecerat portiones in inſtituendo,ſed etiam in prælegando,quia cuilibet ex liberis aſsignaſſet pręlegata,& propterea in fideicommiſſo,per quod is qui prius deceſſerit ſine liberis grauatur reſtituere portionem ſuã,intelligitur etiam grauatus reſtituere portionem prælegatorum,quia de prælegatis factę fuerunt portiones,tũc dicta concluſio non probaretur per illum tex.niſi in caſu in quo unicuiqꝫ hæredum aſsignaſſet prælegata,& facte eſſent portiones in prælegando,non autem in caſu quo ſolum grauato forent relicta prælegata.Et ſi quęſieris,quæ ratio ſit de mente tex.in d.§.quidam liberis.reſpondeo ꝙ tex.ſe fundat in hac ſecunda ratione,ut colligitur ex illis verbis,in portionẽ aũt uidet perceptiones cecidiſſe,nam ſenſus horum uerborum eſt,quia uidetur perceptiones diuiſiſſe unde prædicta concluſio redditur dubitabilis,in caſu teſtator non feciſſet portiones in prælegando,quia ſolum grauato reliquiſſet prælegatum,nã text.ille a contrario ſenſu uidetur ꝓbare,ꝙ hoc caſu non ueniant prælegata in fideicommiſſo,ex quo non diuiſit legata in portiones,& quia denominatio portionis in caſu iſto non uidetur,quòd poſsit adapiari prælegatis,ſeu fideicommiſsis,cum de illis non ſint facte portiones,ſed grauato tantum fuerunt relicta,non audeo tamẽ recedere a communi,propter authoritatem communis ſententiæ,quæ licet non probetur iure,tamen eã ſequi debemus,quando non adeſt concludens fundamẽtum,quod nos urgeat ad tenendum contrariam ſententiam.

42 ℭ Limitatur tamen † dicta concluſio,ut non procedat caſu quo totum eſſet in fideicommiſſo,ſi pars quę obuenit grauato iure fideicommiſſi,ueniret in fideicommiſſo de portione grauati,& ratio huius limitationis eſt,qa

cum appellatio portionis non poſsit trahi ad totum.l. nomen filiarum.§ portionis infra de uerbo.ſign. iccirco appellatio portionis in caſu huius fideicommiſsi non poterit trahi ad partem,quam granatus habuit ex fideicommiſſo,quia hoc attento traheretur ad totum,de qua limitatione etiam infra dicam inſeq.not.

43 ¶ Raſſumendo igitur omnia† circa iſtum articulum,an & quando fideicom.ſeu prælegata relicta grauato ueniant in fideicommiſſo uniuerſali, debes diſtinguere , ꝙ aut dies fideicommiſsi cedit anteq̃ res prælegata,ſeu per fideicommiſſum relicta debeat peruenire ad grauatũ,& tunc nullo modo prælegatum ſeu fideicōmiſſum ueniet in reſtitutione dicti fideicommiſsi.& hoc ꝓcedit , etiam ꝙ in ipſo fideicommiſſo eſſent uerba generalia, ſeu uniuerſalia,ratio eſt,ut ſupra dicebam , quia ſemper quoad ordinem intellectus,teſtator dicet prius grauaſſe , quam prælegaſſe hoc eſt prius cauſabitur obligatio fideicommiſsi.q̃ res prælegata ſeu per fideicommiſſum relicta grauato ad eum perueniat.Limitatur tamen iſta concluſio , quoad illã partem prælegatorum, quam capit grauatus iure hæreditario,quia pro ea parte ſemper ueniunt in fideicō.l.in fideicōmiſſaria.§ ſi.infra eo. & infra dicemus.

¶ Aut uero prælegatum,ſeu fideicom. debuit peruenire ad grauatum anteq̃ cedat dies fideicommiſsi uniuerſalis & tunc ſubdiſtinguendum eſt,quia aut uerba fideicommiſsi uniuerſalis poſſunt aliquo modo comprehendere ſeu adaptari ad ipſa legata,ſeu fideicōmiſſa relicta grauato , & tunc ueniunt in ipſo fideicommiſſo. Et ſi dicatur quo caſu uerba fideicommiſsi poſſunt adaptari ad p̃legata ſeu fideicommiſſa relicta grauato . Reſpondetur ꝙ pluribus caſibus primus eſt quando ſunt uerba generalia,ut in d.l.cum uirum,in d. l. cum pater §. fidei tuæ , idem etiam quando de hæreditate,uel quota hæreditatis indiffinite relictum ſit fideicommiſſum,quia hoc caſu uerba poſſunt comprehendere legata ſeu fidicommiſſa, d.l.liberto.§ filium,& quę ſupra dixi idem eſt ſi fideicōmiſſum ſit de bonis.ſeu patrimonio indiffinite per eandem rationem,in fideicommiſſo uero de parte ſeu portione grauati,quando non fuit dictum de parte hæreditaria ſeu hæreditatis,tūc ſi in p̃legatis ſunt facte portiones, uerba abſq; dubio adaptari poſſunt ad ſignificandum etiam portionem p̃legatorum , & in his terminis ꝓprie loquitur tex.in d.§ quidam liberis,ſed ubi non eſſent factæ portiones in prælegando eſſet dubium,an uerba fideicommiſsi poſsint adaptari ad ſignificandum prælegatata,& iccirco dubium eſt an in caſu iſto ueniant prælegata in fideicom.ut ſupra dixi.

¶ Aut uero uerba non poſſunt adaptari ad ſignificandũ prælegata , prout in caſu,quo foret fideicommiſſum de parte ſeu portione hęreditatis illius grauati , & hoc caſu nunq̃ ueniunt,& in hac materia non diſtinguo . an ſit prius ſcriptum fideicommiſſum , quàm prælegatum an econtra , quia non uideo ꝙ leges in hac materia faciant diſtinctionem hanc,& quia omnia eodem tempore ſunt diſpoſita uidelicet in morte.l omnium. C.de teſta.ſed ſolum diſtinguendum,ut dixi.an prius cedat fideicommiſſum.q̃ res legata debeat ad grauatum peruenire, an non.

44 ut patet ex prædictis, † eſt uerum quòd omni caſu prælegata ueniunt in fideicommiſſo uniuerſali ꝓ ea partē , quam capit grauatus iure hęreditario caſus eſt in l. in fideicommiſſaria.§ ſi.ſupra eo per quem tex.ita concludũt docto.ibi Imo.tamen tenuit,ꝙ ea pars prælegatorum q̃ capitur iure hæreditario ſolum imputetur in quartam,ut dicitur in l.titia ſupra ad l.fal.& l. deducta.§. nummis infra eo.& l.cum pater in princi.ſupra de lega. ii.ita quòd non debeat reſtitui in eo,in quo excedat quartã , ad hoc allegat tex.in l.eum qui.§ pro parte ſupra de iis qui . ut indig.Tenentes communem reſpondent primo , ad ll. quæ dicunt,ꝙ debet imputari in quartam ꝙ ſatis dicitur reſtitui dum in quartam imputatur ſed non propterea negatur ibi,quin in eo ꝙ pars hæreditaria excedit quartam debeat fieri reſtitutio.ad tex.in d.l.eum qui .§. pro parte reſpondent primo,ſecundum Bar.ibi , quòd ſit ſpeciale in caſu,quando hæreditas aufertur ab aliquo , ut ab indigno ex cauſa taciti fideicommiſsi per rationem , de qua ibi per eum.Secundo modo reſpondet.d. Ripa in d.l.in fideicommiſſaria § ſi.ꝙ ratio ſit,quia hæres in caſu dicti.§.pro parte eſt hæres fiduciarius , & propterea habetur ac ſi non eſſet inſtitutus ; ad effectum ut poſsit prælegatũ pro parte hæreditaria retinere. Quid dicendum? Communis eſt uera,uidelicet.quòd ea pars prælegatorum , q̃ habet hæres iure hæreditario debet reſtitui ; & pro parte dicitur eſſe in fideicommiſſo,ut eſt caſus in d. l. in fideicommiſſaria § ſi.qui tex.non poteſt euitari.Difficultas eſt

45 reſpondere ad ea,quæ in contrarium allegantur , † propterea ultra Docto.ad tex.in d.l.deducta.§.nummis & d. l.titia,& d.l.cum pater in principio,in quibus dicitur, ꝙ ea pars debet in quartam imputari.Pro ſolutione aduertendũ eſt,ꝙ in caſu dictarum. ll. illud prælegatum non capit iure hæreditario etiam pro ea parte hæreditatis, ex qua grauatus fuit inſtitutus,& quam grauatus fuit reſtituere , quia non capit a ſemetipſo,ſed pro ea parte cẽſetur ſibi legatum a fideicommiſſario ut latius declaraui in d.l.in quartam ſupra ad l.fal. ubi etiam dicetur & eſt tex.in l.lucius.§ pluribus infra eod.quem ad hoc ſupra ponderaui,& ideo ſolum imputantur in quartam prout alia,quæ habet grauatus ab ipſo fideicommiſſario , non autem dicentur eſſe in fideicommiſſo aliquo modo , & hac rōne quando ceſſat imputatio,quia quarta deducitur ex uoluntate,tunc non uenit in reſtitutione fideicommiſſi prælegatum,etiam pro ea parte,quam capit ex hæreditate,quam fuit grauatus reſtituere, ſed ultra quartam habet illud prælegatum,etiam pro dicta parte,nam ualet qa pro illa parte uidetur ſibi prælegatum a fideicommiſſario non a ſemetipſo,ſolum capit iure hæreditario pro illa quarta,pro qua non eſt grauatus,quia illam deducit ex uoluntate . quia pro illa dicetur a ſemetipſo legatum & ita intelligi debet.d.l.titia ſecundum uerum intellectũ

46 d.l.quem poſui in d.l.in quartam † quantum uero ſit ad tex.in d.l.eum qui .§. pro parte.ſol.ponitur in tex.in illis uerbis,nec enim rationem iuris,& poſſeſsionis uarietatem inducere diuiſionem uoluntatis , propterea pro ſol. declarãda ſunt illa uerba,& ſenſus illius tex. quia ex hac declaratione habebitis ueritatẽ.unde primo quæro. qua rōne ratio iuris obſtaret.ꝙ non poſſet retineri prælegatum.reſpōdetur ꝙ ex quo illud prælegatũ capit a ſe ipſo qa non pōt uideri ſibi relictum illud legatum a fideicommiſſario.ex quo fideicōmiſſum nō fuit expreſſum,ꝓpterea ſecūdũ rōnem iuris nō ualeret legatũ , ſic ēt obſtabat hæredi.ꝙ retinendo illud legatum induceretur uariatio poſſesſionis,quia cum a principio illud poſſideret ꝓ hęrede nunc uellet poſſidere p̃legato,ut poſsit illud retinere.Tex.tamen decidit ꝙ non debet attendi dicta ratio iuris,nec etiã debet attendi,ꝙ eſſet uariatio poſſeſsionis , quando induceretur diuiſio uoluntatis, ſolũ igitur declarandum eſt quomodo induceretur diuiſio uolũtatis, ſi ꝑ dictas rationes uellemus,quòd hęres nō retineret legatũ hoc doct.nō declarãt.ſed dic quòd induceret diuiſio uolũtatis i hoc,qa quoad hoc ut poſsit hæreditas ab eo auferri tanq̃ ab indigno,cenſetur ſibi iniunctũ fideicōmiſſum de reſtituẽdo nō capaci,quo uero ad id ut poſsit habere prælegatum ꝓ ea parte hæreditatis,quam grauatus fuit reſtituere iure prælegati, tanq̃ relicti ſibi a fideicommiſſario,non a ſemetipſo,non cenſetur grauatus ꝑ fideicōmiſſum,uerũ intelligit,quòd habeat iure hæreditario, ac ſi grauatus nō eſſet,& ꝓpterea induceretur diuiſio uoluntatis, quia quoad quid cenſetur grauatus per fideicommiſsũ.quoad qd,uidelicet quoad reſtitutionẽ p̃legati cēſeretur non grauatus,& propterea non dēt attendi dicta rō iuris , uidelicet quòd, ratio de iuris ſubtilitate legatũ

non

non ualeat, quia à ſemetipſo intelligitur legatum, non à
fideicommiſſario, cum fideicommiſſum non fuerit expſ
ſum nec ēt debet attendi, ꝙ contingat uariatio poſſeſſio
nis ut id quod poſſidebat prius pro hærede, nunc uelit
poſſidere pro legato, quoniam induceretur diuiſio uo
luntatis declarando, ut ſupra, unde ſequitur, ꝙ text. ille ꝓ
certo & indubitato præſupponit, ꝙ ſi fideicommiſſum
foret relictum capaci, ꝙ hæres illud legatum retinuiſſet,
tanquā ſibi relictum ab ipſo fideicommiſſario, nā abſur
dum foret ſi tex. præſupponeret, ꝙ propter incapacitatē
fideicōmiſſarii hæres lucretur legatum, qđ non potuiſſet
retinere, ſi fideicommiſſarius eſſet capax. patet ergo ſol.
ad illum text. quia apparet ꝙ loquitur in eo caſu, in quo
ſi fideicommiſſum illud fuiſſet expreſſum, & ualuiſſet,
prælegatum non diceretur capi iure hæreditario, ſed iu
re prælegati, tanq̃ relictum à fideicommiſſario. & gene
raliter puto, ꝙ ſecundum regulas iuris, omni caſu quo fi
deicōmiſſum uniuerſale ſit purum, ꝙ ꝑlegatum factum
grauato hæredi, ꝓ ea parte hæreditatis, quā grauatur re
ſtituere, dicatur relictum ſibi à fideicommiſſario, non à
ſemetipſo, & ꝙ ſemꝑ pro ea parte capiatur iure prælega
ti, ſolū ubi fideicōmiſſum eſſet conditionale, & cederet
dies ꝑlegati relicti grauato hæredi anteq̃ cedat dies fidei
commiſſi, non poſſet cenſeri relictum à fideicōmiſſario
ſed à ſemetipſo hærede, & iō non ualeret, & diceretur illud
capere iure hæreditario, ut latius patet ex iis, quæ dixi in
d.l. in quartā, & in his terminis ꝓcederet illa opinio cō
munis, uidelicet ꝙ pro ea parte prælegati, quā hæres ca
pit iure hæreditario, ꝑlegatū ſemꝑ ueniat in reſtitutione
& prædicta iudicio meo ſunt de mente iuris, & uera licet
alii non aduertant.

¶ Vltra prædicta pro completa reſolutione præſentis
articuli ſuperſunt quędam quæſtiones, quæ uidentur ha
47 bere particularem rationem prima eſt, † quando duo hæ
redes inſtituti ſunt inuicem ſubſtituti, & ultimus graua
tus eſt reſtituere hæreditatem Titio, an in iſto fideicom
miſſo, de hæreditate indiffinite, quo grauatur ultimus, ue
niat portio primi quam conſecutus fuiſſet ultimus ex fi
deicommiſſo ſi tenemus illam opinionem, quæ iudicio
meo eſt uera, & quam ſupra ſecutus ſum, uidelicet, ꝙ in
fideicommiſſo de hæreditate indiffinite ueniant prælega
ta & fideicommiſſa relicta grauato, quæſtio iſta non habe
ret dubitationem, quia clarum eſſet ꝙ ueniret portio, quā
ultimus habuiſſet à primo. Dubitatio ſolum eſſe poteſt te
nendo aliam opinionem, ꝙ non ueniant prælegata, ſeu
fideicommiſſa in fideicommiſſo de hæreditate, indiffini
te, quam opinionem tenuerunt plures doct. per l. ſi titius
ſupra de lega. iii. licet male, ut ſupra dixi, & præſuppoſita
etiā dicta opinione contraria in præſenti quæſtione, eſt
diuerſitas inter doct. nam Ambo Raphales tenuerunt, ꝙ
omnino portio primi quam conſecutus fuit ultimus ue
niat in fideicommiſſo, ſed Alex. & Soci. in d.l. marcellus
§. quidam liberis ſupra eo. tenent contrarium. Ego ſe
quor primam opinionem, & teneo ꝙ omnino ueniat
portio primi, quæ iudicio meo probatur concludenti ra
tione, nam in caſu propoſito, ex quo ultimus fuit ſubſtitu
tus primo, & Titius deinde eſt ſubſtitutus ultimo, in ne
ceſſariā conſequentiā Titius dicetur etiam ſubſtitutus pri
mo, caſu quo ultimus nolit, uel non poſſit habere portio
nē primi l. q̃diu la ultima ſupra de acquir. hære. & ibi Bal.
Pau. Aret. & Imo. not. unde ſequitur ꝙ omnino in caſu
ꝑdicto, illa indiffinita hæreditatis continebit non tantum
portionem ultimi, ſed ēt portionem primi, & ſi dicatur ꝙ
continebit caſu quo ultimus conſequeretur portionem
primi, quia eo caſu Titius uidetur etiam ſubſtitutus pri
mo, ſed quod non continebit caſu quo ultimus eſſet con
ſecutus portionem primi. Reſpondetur ꝙ iſtud non po
teſt procedere. tum quia non eſt aliqua ratio, quare ma
gis dicamus teſtatorem uoluiſſe portionem primi com
prehendi in dicto fideicōmiſſo uno caſu q̃ alio, tum etiā
quia non debet fideicōmiſſū relictū Titio diminui ꝑpē
ꝙ ultimus conſequatur portionē primi, accedit, quia nega
ri non pōt, quin appellatio hæreditatis in caſu huius fi
deicōmiſſi aliquo modo adaptatur ad ſignificationem
portionis primi, ideo debet uenire dicta portio in iſto fi
deicommiſſo, nam ceſſat illa ratio, ꝑ quā doct. dicunt nō
contineri, uidelicet quia appellatione hæreditatis non
contineantur fideicommiſſa relicta grauato. Accedit etiā
quia ſi aliter diceremus præſēs fideicōmiſſum diuerſimo
de determinaretur, nā uno caſu, uidelicet qñ ultimus no
lit uel non poſſit conſequi portionem primi. iſtud fidei
commiſſū contineret dictam portionem, alio uero caſu,
quando ultimus illam eſſet cōſecutus non contineret cō
tra l. iam hoc iure ſupra de uulga. cum concordantibus.
48 ¶ Alia eſt quæſtio, † qñ teſtator duob. uel plurib. hæredib.
inuicem ſubſtitutis diſpoſuiſſet, ꝙ omnib. decedentibus,
hæreditas perueniret in Sempronium, & tenendo illam
opinionē, quam ſupra ſecutus ſum clarū eē, ꝙ portiones
quas ultimus habuiſſet à primo uenirent in fideicōmiſſo
relicto Sēmpronio. Dubitatio ſolum eſſe poteſt, tenendo
opinionē contrariā, uidelicet ꝙ regulariter in fideicom
miſſo hæreditatis indiffinite non ueniant fideicommiſſa
relicta grauato. Ego tñ ēt præſuppoſita ꝑdicta contraria
opinione concludo ꝙ abſq; dubio portiones quas ulti
mus habuit à prioribus, ueniunt in iſto fideicōmiſſo. Mo
ueor quia fideicommiſſum fuit relictū ſub conditione, ſi
oēs deceſſerint, ideo ſequitur, ꝙ licet ſi, de hæreditate in
diffinite, tñ intelligi debeat de hæreditate, ſeu portionib.
quorumcunq;, in quorū perſona exiſtat conditio. l. lucius
in prin. iuncta glo. in ꝟbo beſſem ſupra de lega i. q̃ ibi ad
hoc not. Bal. & Imo. Moueor ſecundo quia fideicōmiſſū
in caſu iſto relictum Sempronio non ſolum intelligi de
bet relictum ab ultimo tantum, ſed ēt ab oībus, ut ſupra di
ctū fuit in tex. & latius infra dicetur in articulo fideicom
miſſariæ, nā à ſimili habemus, ꝙ legatum cenſetur relictum
ab illo hærede, in cuius ꝑſona ſit adſcripta conditio. l. in
conditionibus primū locū §. i. ſupra de condi. & demō.
facit tex. in l. ſi titius § fi. infra quando dies lega. cedat, &
late dixi in l. iii. ſupra de lega. i. & ꝑpea nulla ratione pōt
dubitari, quin iſtud fideicōmiſſum intelligi debeat factū
ēt pro portionibus aliorum, non tantum pro portione
49 ultimi † idem per omnia dicendum eſſet ubi teſtator in
ſtitutis Titio, & Sempronio, Titium ſubſtituiſſet Sēpronio
poſt eius mortē, & deinde grauaſſet Titiū poſt eius mor
tem reſtituere hæreditatē Caio, quia licet fideicommiſſū
ſit de hæreditate indiffinite tñ ſemꝑ contineretur portio
Sempronii, q̃ Titius habuiſſet ꝑ fideicommiſſum ex quo
Caius dicetur non ſolum ſubſtitutus Titio, ſed ēt Sēpro
nio, caſu quo Titius nolit, uel non poſſit conſequi portio
nem Sempronii. d.l. q̃diu, & qđ ibi not. per Bar. Pau. de
Caſt. & alios ſupra relatos fateor quidē, ꝙ aliter in prædi
ctis caſibus cenſuerunt Alex. & Ripa hic, & idem Alex.
in. d. §. quidam liberis, ſed male dicunt, & non aduertunt
ad prædicta, & hæc opinio ꝓcederet multo magis ſi po
nimus caſū, ꝙ Caius ſit ſubſtitutus poſt mortē Titii ſim
pliciter nulla facta mentione hæreditatis, ſeu bonorum,
nam in caſu iſto doct. omnes conueniunt, ꝙ portio dicti
Sēpronii, quæ ad Titium peruenit ex cauſa fideicōmiſſi
contineatur in fideicommiſſo relicto Caio, ut per Bart.
in. d.l. ſi Titius Bar. Pau. Alex. & alii in. d. §. quidam libe
ris. & communiter doct. ut hic dicit. d. Ripa.
50 ¶ Alia eſt quæſtio † an in caſu quo teſtator inſtitutis Ti
tio & Sēpronio, poſt mortem Titii ſubſtituiſſet caiū ſim
pliciter nulla facta mētione hæditatis, & deinde poſt mor
tem Sēpronii ſubſtituiſſet Titium, an tunc in fideicōmiſ
ſo relicto Caio ueniret ēt portio Sēpronii, q̃ habuiſſet Ti
tius ex fideicōmiſſo, ego tñ caſu iſtius q̃ſtionis reſpōdeo
idem qđ ſupra uidelicet ꝙ portio Sempronii ueniret in
dicto fideicōmiſſo, eſt uerum ꝙ d. de Ripa dubitat, quia
ſecundum ordinē ſcripturæ Titius fuit prius grauatus ꝑ

fideicommiſſum, q̃ honoratus in fideicommiſſo ſibi relicto a Sempronio. ſed hoc nihil eſt, quia ut ſupra diximus inſpici debet an prius ceſſerit dies fideicommiſſi relicti ab ipſo Titio, quia hoc caſu dicetur Titius prius grauatus. ſed ſi prius moriatur Sempronius. & cedat dies fideicommiſſi relicti ipſi titio ante eius mortem, tunc dicetur Titius prius honoratus. quia ſolum dicetur grauatus eo tẽpore, quo cedit dies fideicommiſſi ab ipſo relicti. l. paulo Calimacho ſupra de leg. iii. l. i. ſupra de reg. cato. ut ſupra diximus, & ordo ſcripturę non debet attendi q̃ñ aperte conſtat in effectu, ꝙ fideicommiſſum peruenit ad grauatum, anteq̃ dici poſſit grauatus, adeo ꝙ omni caſu, quo unus ex hæredibus eſt ſubſtitutus per fideicommiſſum alteri cohæredi poſt eius mortem, & poſtea grauatus ſit ipſe ſubſtitutus hæres per fidricom. ſimpliciter uel indiffinite reſtituere hæreditatem poſt mortem ſuam, ſemper portio primi, quæ ad hæredem ſubſtitutũ peruiniſſet continebitur in iſto fideicõmiſſo, ſiue teneamus illam opinionẽ, ꝙ legata & fideicommiſſa relicta grauato ueniant in fideicõmiſſo de hæreditate indiffinite, ſiue aliã opinionem, ꝙ non ueniant, ex quo ſemper uideri poteſt ille ſecũdus, fideicommiſſarius ſubſtitutus primo hæredi, caſu quo hæres ſubſtitutus nolit, uel non poſſit conſequi portionem illius primi, per not. per Bar. & alios ſupra relatos in. d. l. q̃diu ad fin.

51 ❡ Alia eſt quęſtio, † an ubi ex duobus hæredibus unus grauatus reſtituere hæreditatem, ſeu partem alteri in uita, & poſtea hic alius poſt mortem ſuam grauatur reſtituere hæreditatem indiffinite Sempronio, an portio, quã habuiſſet ex fideicom. à primo ueniat in iſto fideicom. relicto Sempronio. In hac. q. concludo ꝙ ſi tenemus illam opinionem, quæ eſt uera, uidelicet ꝙ legata & fideicom. relicta grauato ueniant in fideicommiſſo de hæreditate indiffinite, tunc abſq; dubio portio; primi ueniret in iſto fideicommiſſo relicto Sempronio, ſed præſuppoſita alia opinione contraria, quę tamen eſt falſa ut ſupra diximus tunc concludo ꝙ non ueniret portio primi Moueor quia attenta iſta opinione fideicommiſſum hæreditatis indiffinite nunq̃ comprehendit fideicommiſſum relictum grauato præterq̃ in caſu quo ille fideicõmiſſarius cenſeri poteſt ſubſtitutus primo hæredi, caſu quo ſecundus hæres nolit uel nõ poſſit conſequi ex fideicõmiſſo portionem primi ut ſupra dictum eſt. ſed in caſu noſtro, quia primus hæres eſt grauatus reſtituere in uita hæreditatem ſecundo. & ſecundus eſt grauatus poſt mortẽ reſtituere Sempronio non poteſt cenſeri Sempronius ſubſtitutus illi primo. caſu quo ſecundus hæres nolit uel non poſſit conſequi portionem primi, nec primus eo caſũ cẽſeri poteſt grauatus reſtituere Sẽpronio, igitur &c. & ſi dicatur quare hoc caſu non debet etiam cenſeri Sẽpronius ſubſtitutus illi primo, prout in caſu quando primus grauatus eſſet reſtituere poſt mortem ſuam, Reſpondeo rationem eſſe quia in caſu q̃ñ grauatur reſtituere poſt mortem dicitur eſſe ſubſtitutio fideicommiſſaria, de cuius natura eſt, ꝙ ſi non habet locum in primo ſubſtituto, ꝙ admittatur ſecundus prout in uulgari. d. l. q̃diu. & quod ibi no. Bar. & alii ſupra relati, ſed quando grauatur reſtituere in uita, tunc licet ſit fideicommiſſum, tamen non poteſt cenſeri ſubſtitutio fideicommiſſaria, quia nullum fideicõmiſſum relictum in uita dici poteſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, ut late declaraui in rubrica ſupra de uulga. igitur cum non ſit ſubſtitutio in portione primi ceſſabit deciſio. d. l. q̃diu. & Bar. & aliorum ibi.

52 ❡ Alia eſt quæſtio, † quando ultimus eſt grauatus reſtituere dimidiã hæreditatis poſt eius mortẽ, an in iſto fideicommiſſo ueniat ẽt dimidia portionis primi quam ultimus habuiſſet ex fideicommiſſo. ſi præſupponimus illam opinionem quam ſupra probauimus, quæſtio nõ habet difficultatem, ex quo clarum eſt ꝙ ueniret, ut eſt caſus in. d. l. liberto. §. filiũ ſupra de annu. lega. nec obſtat tex. in. d. l. marcellus. §. quidam liberis, quia ut ſupra dixi loquitur in aliis terminis, ſed dubitatio eſt tenendo contrariam opinionem ꝙ in fideicommiſſo de hæreditate indiffinite non ueniant regulariter prælegata relicta a grauato, & præſuppoſita iſta opinione concludendum eſſet ꝙ portio primi non ueniret in iſto fideicommiſſo, quia in caſu iſto, cum ultimus ſit ſolum grauatus in dimidia, non poſſet dici, ꝙ fideicommiſſarius ſit ſubſtitutus in portione primi, caſu quo ultimus illam nolit, uel non poſſit ſuſcipere, & propterea ceſſaret ratio propter quã recederetur ab illa concluſione, ꝙ appellatio hæreditatis non contineat fideicommiſſa relicta grauato.

53 ❡ Alia eſt quæſtio, † quando primus hæres grauatus eſt reſtituere hæreditatem poſt mortem ſecundo hæredi & ſecundus grauatus ſit reſtituere Meuio partem ſuam hæreditatis, ſeu portionem ſuam hæreditariam, & in caſu iſto quia fideicommiſſum eſt de parte ſeu portione hæreditaria, clarum eſt ꝙ portio illius primi non ueniet in fideicommiſſo, & in hoc omnes conueniunt, & bene dicunt, & ratio eſt, quia portio illius primi non dicetur eſſe ex parte ſeu portione illius ſecundi, ſed de parte eius cohæredis, ut ſupra dixi, & de hoc eſt caſus in. d. §. quidam liberis. Difficultas eſt ubi ſecundus eſſet grauatus reſtituere portionem, ſeu partẽ ſuam ſimpliciter, & non foret facta mentio de parte ſeu portione hæreditaria, nam licet docto. uideantur pſupponere ꝙ hoc caſu ueniret etiam portio primi in iſto fideicommiſſo, ſicut ueniunt etiam prælegata relicta grauato q̃ñ fideicommiſſum eſt de parte ſeu portione ſimpliciter ut in d. l. marcellus. §. quidam liberis tamen ego multum dubito, nã primo aduertendũ eſt, quia ſi nos tenemus illam opinionẽ de qua ſupra dixi, uidelicet ꝙ tex. in. d. §. quidam liberis ſolum procedat caſu quo factę fuiſſet portiones in plegando, tunc in caſu iſto minime dici poſſet, ꝙ portio primi ueniret in hoc fideicõmiſſo, quia in fideicommiſſo relicto illi grauato, nulla fuit facta portio, et ppea illa uerba portionẽ ſuã, nõ poſſent ſignificare portionem primi, quia illa non diceretur eẽ de portione ſecundi hæredis grauati, ſed primi. Si uero tenemus ꝙ deciſio. d. §. quidã liberis pcedat q̃ ꝙ omnis nullæ ſint factæ portiones in prælegando, tunc etiã aduertendũ eſt, ꝙ non uidetur poſſibile, ꝙ portio primi cõprehendatur in iſto fideicõmiſſo, ex quo ſi portio primi contineretur, tunc tota hæreditas diceretur eſſe in fideicommiſſo, & impoſſibile eſt, ꝙ appellatione portionis totum ſignificetur. l. nomen. §. portionis infra de uer. ſig. nec obſtat ſi dicatur, ꝙ in fideicommiſſo de portione ſeu parte grauati ſimpliciter facto, ſiue cõmemoratione partis, ſeu portionis hæreditariæ ueniat portio, quam habuit grauatus per fideicõmiſſum ab alio hærede. d. §. quidam liberis ſecundum communem intellectum, quia reſpondetur, ꝙ hoc eſt uerũ regulariter, tamen non procedit ubi, ſi ueniret portio primi, fideicommiſſum traheret ad totam hæreditatem, ex quo uerba huius fideicommiſſi de parte, ſeu portione non ſunt apta ad ſignificandum totam hęreditatẽ dicto. §. portionis, & iſta opinio manifeſtiſſime probabitur ex iis, quæ dicturi ſumus in ſequenti
54 notab. Bene admitto ꝙ ubi teſtator † tribus hæredibus inſtitutis, duos ſubſtituiſſet tertio cohęredi poſt ejus mortem, & poſtea unum ex iis duob. grauaſſet reſtituere portionem ſuam Sempronio, indubitanter in iſto fideicommiſſo ueniret etiam portio, quam hic grauatus habuiſſet ex fideicõmiſſo ſibi relicto, ratio eſt, quia intelligi poteſt grauatus non tantum in portione hæreditatis, quam habuit iure inſtitutionis, ſed etiam quam habuit iure fideicõmiſſi quia in eo fideicõmiſſo factę fuerunt portiones, cum duos uocauerit ad illud fideicommiſſum, & in iſtis terminis præciſe loquitur text. in. d. §. quidam liberis.

55 † Si uero inſtitutis tribus hæredibus puta Titio Meuio et Sempronio grauaſſet Titiũ reſtituere hæreditatem Meuio, & poſtea grauaſſet Meuiũ reſtituere hæreditatẽ Ca

172

io,tunc ſi teneremus, ꝙ non ueniant legata ſeu fideicom
miſſa in caſu quo non ſint factę portiones in legādo ſeu
fideicommittendo,non ueniret portio Titii, quā habuit
Meuius ex fideicommiſſo,quia in hoc fideicōmiſſo non
ſunt factæ portiones,ſed ſolū uocatus Meuius ſed tenen
do aliam opinionem,quæ eſt communis,uidelicet quòd
ueniant legata, q̄uis non ſint factæ portiones in ꝑlegan
do,tunc in caſu propoſito portio ipſius Titii ueniret in
fideicommiſſo,Ratio eſt, quia licet ueniat dicta portio,
quam habuit Meuius ex fideicommiſſo , non propterea
iſtud fideicommiſſum de portione Meuii relictum Caio
traheretur ad totam hæreditatem quia eſt portio Sēpro
nii tertii hæredis,quæ non eſt comprehenſa in fideicom
miſſo,& propterea uerba huius fideicommiſſi de portio
ne Meuii non repugnant , quin etiam comprehendatur,
portio Titii,quam Meuius habuit ex fideicommiſſo.
Super quibus omnibus cogitabitis , quia prædicta puto
uera,& de mente iuris.
℄ Vltimo notatur ex tex. noſtro in uerſi. oēm hæredita
56 tem † ꝙ ſi in caſu tex.noſtri ſubſtitutio Claudię fuiſſet fa
cta in portione ultimi, ceſſaret deciſio tex. & claudia nō
fuiſſet admiſſa,niſi uterq; deceſſiſſet ſine filiis,ita not.An
ge.& Pau.de Caſt.hic,ſed Imo.& Alex.aliter dicunt, ui
delicet ꝙ etiam procederet deciſio tex. ex quo in hoc fi
deicommiſſo de portione ultimi relicto claudie ueniret
etiam portio primi quam ultimus habuiſſet ex illa reci
proca.d.l.marcellus.§.quidam liberis, & ideo ēt in caſu
iſto teſtator uideretur uoluiſſe,quod oīs hæreditas perue
niret in claudiam,& militaret ratio tex.noſtri,unde Alex.
dicit,quòd iſtud notabile ſolum poſſet procedere in caſu
quo ſubſtitutio claudię eſſet facta in portione hæredita
ria illius ultimi,Soci.uero hic admittit quidem,ꝙ ſi ſub
ſtitutio ſit facta ſimpliciter in portione ultimi , ꝙ portio
primi,& ſic tota hæreditas ueniret in fideicommiſſo , tñ
dicit,ꝙ iſtud not.ēt hoc non obſtante procederet ratio
ne de qua hic ꝑ eum.Mod.Papien.hic dicunt, quòd ubi
fideicommiſſum claudie eſſet ſimpliciter de portione ul
timi,ꝙ iſtud notabile non procederet, quinimmo habe
ret locum deciſio text.ex quo omnino in hoc fideicom
miſſo ueniret portio primi filii,& ſic tota hæreditas,per
tex.in.d.§.quidā liberis.Ego uero dico ꝙ opinio Ange.
& Pau.de Caſt.eſt indubitata , & ꝙ portio primi filii in
caſu tex.nři nullo modo ueniret in fideicōmiſſo relicto
claudie,quando illud eſſet de portione ultimi ſimpliciter
& miror ꝙ Imo.Alex.Soc.& Mod.Papien.tenuerint op
poſitum,ex quo ſi portio primi ueniret in fideicommiſ
ſo,appellatio portionis traheretur ad totum,qđ eſt præ
ter & ultra ſignificationem ipſius dictionis.d.l.nomen.§.
portionis,& licet admittamus,ꝙ in fideicōmiſſo portio
nis ueniat portio,quæ obuenit grauato ex fideicommiſ
ſo.d.§.quidam liberis,non tamen poſſet uenire illa por
tio,per quam fieret,qđ totum eſſet in fideicommiſſo,non
portio tm̄.Accedit quia poſito caſu,quòd hæres,qui fuiſ
ſet inſtitutus inſolidum,grauaretur reſtituere portionem
ſuam ſimpliciter,non tamen intelligeretur grauatus reſti
tuere totam hæreditatem , q̄uis iure inſtitutionis totam
haberet,ſed ſolum intelligeretur grauatus reſtituere par
tem.d.§. portionis,quanominus in caſu noſtro iſte ulti
mus,qui grauatus reſtituere portionē, debet cenſeri gra
uatus reſtituere totam hæreditatem , ſed ſolum partem ,
cum totū non habeat iure inſtitutionis. quia partem ha
bet iure fideicōmiſſi,& mirum eſt quòd doct.prædicti ad
hoc non aduerterint . Dico ēt quòd præſuppoſita illa
opinione quam ipſi tenent,uidelicet ꝙ portio primi ue
niret in fideicōmiſſo relicto claudie, quòd tñ non proce
deret deciſio tex.noſtri ubi ultimus grauat reſtituere por
tionem ſimpliciter,prout hic dicebat Soci. per rationem
de qua hic per eum,pro quo facit,quia tunc iſte cōditio
nes,ſi uterq; deceſſerit ſine filiis reſpicerent unū fideicō
miſſum tantū,non enim poſſet reſultare aliud fideicom

miſſum debendum a primo in eius portione dicte clau
die,caſu quo ultimus nollet,uel non poſſet habere por
tionem primi,idcirco ſequitur, qđ iſte conditiones non
poſſent reſolui in ſuas ſingularitates,quia reſpiciunt unū
tantum effectū per not.in.l.falſa.§.ſi.ſupra de cōdi & de
mon.& ꝑ ea quæ dicta ſunt ſupra circa intellectū tex.nři,
& in euidentialibus. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ ex quo por
tio primi uenit in hoc fideicōmiſſo, ꝙ ideo militat ratio
de qua in tex. noſtro, & propterea ꝙ ꝓcedat deciſio , ut
habeat effectum ſubſtitutio exiſtente cōditione in perſo
na ultimi tantum. Nam reſpondetur,ꝙ licet admittamus
ꝙ portio primi ueniret in hoc fideicommiſſo de portio
ne ultimi ſimpliciter, non tamen militaret ratio tex. nři,
ex quo portio primi ſolum poſſet contineri in fideicom
miſſo,in caſu quo ad ultimum perueniſſet, nō autem ubi
ultimus eam non fuiſſet conſecurus , & ideo non poteſt
intelligi,ꝙ ceſſante reciproca ſubſtitutione fideicommiſ
ſum claudie fuiſſet relictum à duobus, uerum ſemper in
telligi deberet unum fideicommiſſum debendum ab ulti
mo,& propterea ceſſaret ratio tex.noſtri,& pluralitas ha
rum conditionum non poſſet reſolui in ſuas ſingularita
57 tes.†Et pro comprobatione huius opinionis formo unā
dubitationem circa tex.noſtrum. Quare ſicut text. noſter
decidit, ꝙ ideo exiſtente conditione in perſona ultimi ,
claudia admittatur ad eius portionem, ea ratione quia te
ſtator uoluit illam habere totum, ſi nouiſſimus ſuſcepiſ
ſet portionem primi,non etiam idem dicimus , quando
claudia foret ſubſtituta in portione hæreditaria illius ulti
mi ſub illa conditione,ſi uterq; deceſſerit ſine filiis,ut ulti
mo tantum decedente ſine filiis claudia admittatur ad di
midium portionis hæreditariæ illius ultimi, quia ſi uo
luit ꝙ claudia haberet integram hæreditariam portionē
ultimi,caſu quo ultimus ſuſciperet portionem primi, ic
circo caſu quo ultimus non ſuſcipiat portionem primi ,
debet admitti ad dimidiam illius portionis quemadmo
dum admittitur ad dimidium totius hæreditatis , uideli
cet ad portionem ultimi,ex quo uoluit illam admitti ad
totam,ſi nouiſſimus ſuſcepiſſet portionem primi , cum
idem iuris ſit de parte quoad partē,quod de toto quoad
totum l. quæ de tota,ſupra de rei uendicatione , neceſſe
habes dicere rationem differentiæ eſſe quia in caſu quan
do uoluit omnem hæreditatem peruenire in claudiam
inferri poteſt in conſequentiam. ꝙ iſtud fideicommiſſū
claudie intelligatur relictum ab utroq; filio , & cuilibet
per ſe in ſua portione grauatus,& cenſeatur duplex fidei
commiſſum, quando ceſſat reciproca ſubſtitutio inter ip
ſos fratres & ideo dicta conditio,ſi uterq; deceſſerit ſine
filiis neceſſario diuiditur & reſoluitur in duas ſingulares
conditiones,ut dictum fuit ſupra circa intellectum tex.ſe
cus in caſo quando fideicommiſſum claudie eſt de por
tione hæreditaria ultimi , ex quo ſemper cenſeri debet
unum tantū fideicommiſſum debendum ab ultimo tantū
quāmuis ceſſet reciproca inter fratres , & ideo dicta con
ditio non pōt diuidi,nec reſolui in duas conditiones cū
ſemper reſpiciat unicum effectum, ſeu fideicōmiſſum, ex
quibus infertur,ꝙ oīo idem dicendum eſt, quando fidei
commiſſum eſſet de portione ultimi ſimpliciter,quia nō
poteſt cenſeri niſi unum fideicommiſſum tantum .
58 ℄ Circa glo. in uerbo , ſuſcepiſſet , † Dum glo. dicit,
quòd in hoc fideicommiſſo inter fratres erat conditio
tacita , reprehenditur per Imo. & Alexan. ex quo appa
ret ꝙ erat expreſſa , ut dicitur in tex.ſed glo. poteſt ſalua
ri,quia conditio,ſi ſine filiis erat quidem expreſſa in per
ſona primi, quia fuit dictum ſi quis prior ſine filiis diem
ſuū obierit,tñ non erat expreſſa in perſona ſecundi, ſed
tacite ſubintelligitur,uel per.l.cum auus ſupra de condi.
& demon.& l.cū acutiſſimi.C. de fideicom. uel ex quo
conditio expreſſa in ꝑſona primi intelligit tacite repeti
59 ta in ꝑſona ſecundi.† Dum etiam concludit glo. ꝙ fidei
cōmiſſum conditionale relictū deſcendentibus pendens

legatis ꝑ eū.quia hoc non ꝑtinet ad materiam .§. noſtri.
80 ¶ † Dum Bart.concludit,ꝙ deciſio tex. noſtri non pro
cederet ſtante ſtatuto,ꝙ extantib. maſculis filiæ uel nep
tes non ſuccederent. nam ex quo nepos ex primo filio
prædefuncto in ſucceſſione ab inteſtato ex diſpoſitione
ſtatuti excluderet neptem diceretur eſſe talis perſona, q̃
ex præſumpta mente teſtatoris excluderet ſubſtitutum.
81 ut hic ꝑ eū Bar.p̄ſupponit duo,† primū, ꝙ in fideicom.
attendat̃ ꝓximitas teſtantis,non ꝓximitas eius cui ſit ſub
ſtō,nā in caſu qōnis,Bar to ſi attenderet ꝓximitas illius
ultimi filii,cui ſit ſubſtō,nō obſtante dicto ſtatuto neptis 18
ſubſtituta fuiſſet admiſſa ab inteſtato ad ſucceſſionē illius

ultimi filii,una cum nepote ex primo filio , ſtatutum .n: non excludit fœminam a ſucceſsione patrui , uerum ſolum a ſucceſsione . aſcendentis & ideo nepos ex primo filio non excluderet claudiam ſubſtitutam ex præſumpta mente. Secundo præſupponit , ꝙ talis præſumatur intentio teſtantis in fideicommiſsis & ſubſtitutionibus , qualis eſt intentio ſtatuti in ſucceſsionibus inteſtati.

¶ Circa primum,iſta concluſio Bar.ꝙ debeat attendi proximitas teſtantis non eius,cui fit ſubſtitutio.eſt multū du
85 bia,nam in contrarium eſt illa cōcluſio cōis † ꝙ in fideicommiſſo relicto familiæ,ad quod omnes de familia admittuntur gradatim.l.fi C.de uerb ſign.l.cum ita.§.in fideicommiſſo ſupra de lega.ii .attendit proximitas eius qui ultimo obtinuit fideicomiſſum,nam poſt eum admittitur is,qui ſibi eſt proximior non autem is qui ſit proximior teſtatori,quā concluſionem tenuerunt Bal.& Pau. de Caſt.in.d.§.in fideicommiſſo,& illam per plures firmat Soci.in l ſi cognatis col.fi.ſupra de reb dub.& cōſi: ccxlix.& conſi.lxxxvi.in ultima col.lib.iii.&conſ.lxxiii: col.iiii.in iiii.& Cor.conſi.xxii.col.ii.uerſi.& ſic doctores uolunt lib.ii.& conſi.xcvii.col.ii.uer.& ſic uult Imo: & iſtam opinionem atteſtatur communem d. Marianus Soci. Iunior conſil.cxxvi. col.x.cum pluribus ſequentibus.&Soci.hic fatetur,ꝙ dicta communis concluſio ſit contra deciſionem Bart hic,& Bar.in hac ſua deciſione uidetur ſentire,ꝙ in fideicommiſſo relicto familiæ præferendus ſit proximior teſtatoris , non proximior eius , qui ultimo loco.obtinuit fideicommiſſum, quā opinionem etiam ſecuti ſunt plures alii doct.maxime Iaſ.conſ. clix.odoricus galoſi.uol.iiii.& Dec.conſi.dxlvi.conſului.iam pluribus,& eandem ſequitur,& dicit communē d.Rubeus Alexādrinus in repetitione.l gallus .§ quidā recte col. xxxiii.ad fi.ſupra de lib. & poſth. & d. Fabius de Eugubio in repetitione huius .§. & circa iſtum articulum,an, & quando inſpici debeat proximitas teſtantis uel grauati,cui ſit ſubſtitutio , ponit Soci. unam longam diſtinctionem in.d.conſi.ccxlix.

¶ Tu uero poſtpoſitis,quæ per eum & alios dicantur, debes aduertere ꝙ omnes deciſiones,quæ ueluti contrariæ & adinuicem repugnātes allegantur per doct. in iſto articulo facillime poſſunt ad concordiam reduci,ex quarum concordia patebit , quando debeat attendi proximitas teſtantis , & quando proximitas eius, cui ſit ſubſtitutio,nam ſciendum eſt,ꝙpro opinione ut debeat attendi proximitas teſtantis allegantur plures deciſiones. Prima Bartol hic,uidelicet.ꝙ in caſu text. noſtri attendatur qui ſit proximior teſtatori in ſucceſsione inteſtati, ſecundo allegatur deciſio Bart. poſt Dyn.in.l peto .§ fratres ſupra de lega.ii.uidelicet ꝙ fideicommiſſum relictū familiæ, intelligatur potius de familia teſtatoris , quàm de familia grauati hæredis. Tertio allegatur deciſio Decii conſi.primo,col.ii.uidelicet ꝙ ubi ex fideicommiſſo bona debeant locari illis de familia de gradu in gradū, quod præferuntur ii , qui ſunt proximiores teſtatori in ſucceſsione inteſtati , non autem proximiores eius, qui ultimo loco obtinuiſſet locationem bonorum, allegantur etiam plures aliæ deciſiones,de quibus per docto.in locis præallegatis,pro opinione uero contraria, uidelicet ꝙ attendatur proximitas eius.cui ſit ſubſtitutio allegantur aliæ deciſiones,primo allegatur illa deciſio,quā ſupra retulit,uidelicet ꝙ in fideicommiſſo relicto familiæ attendatur,qui ſit proximior eius cui ſit ſubſtitutio , & qui ultimo obtinuit fideicommiſſum non autem qui ſit proximior teſtatoris & licet aliqui tenuerint oppoſitum tamen iſta deciſio eſt communis& uera ut ſtatim ex infra dicendis apparebit,ſecundo allegatur deciſio Bar. in l.re coniuncti uerſi.tertio quæro ſupra de lega.tertio
83 uidelicet † quod in ſubſtitutione pupillari reciproca fratres utrinq; coniuncti præferantur fratribus ex uno latere tantum,hæc enim deciſio aperte præſupponit , quod attendatur qui ſit proximior illi pupillo,cui ſit ſubſtitutio,non qui ſit proximior patri,& deciſio iſta eſt cōmuniter approbata,ut dicit Iaſ.in l. lucius ſupra de uulga. ꝗuis Aret.in.d l.lucius illam reprobet , cuius opinionem ſequuntur præallegati repetentes in.d.§. quidam recte poſt Crotum & Pollitum quos referunt . Tertio allegatur alia deciſio,uidelicet ꝙ emphitheoſi,quam quis recepit pro ſe & illis de familia , attendatur q ſit proximior eius,q ultimo loco admiſſus fuit ad emphitheoſim,non autem qui ſit proximior eius,qui ex ſua ꝓuiſione acquiſiuit emphitheoſim,quam deciſionē firmat Pau.de Caſt. in.d.l.cum ita.§.in fideicommiſſo,& Cor.in d.cōſi.xxii col.vi. Quarto allegatur deciſio , ꝙ in feudis paternis , quæ quis recipit pro ſe & deſcendentibus attendatur proximitas eius,qui ultimo loco obtinuit feudum, nō illius primi acquiſitoris ut eſt caſus in.c.i.de natura ſucceſ.feudi.Iſtæ deciſiones uidentur contrariæ ſecūdum noſtros doct. Moder. & propterea redditur apud eos admodū dubia præſens quæſtio,quando attendi debeat proximitas teſtantis,&quando proximitas eius,cui ſit ſubſtitutio ego uero ſemꝑ exiſtimaui, ꝙ dictæ deciſiones non ſunt contrariæ,& ꝙ per unam diſtinctionem poſſint omnes dictæ deciſiones concordari, & præſens quæſtio reſolui declarari . Nam pro declaratione ſciendum eſt , ꝙ ſunt duæ quæſtiones,quæ adinuicem differunt, nam aliquando dubitamus an inſpicienda ſit proximitas & affectio teſtantis ad declarationem perſonarum de quibus ſenſit teſtator in diſpoſitione legati, ſeu ſubſtitutionis , uel ad declarationem qualiter plures ſint uocati in ordine diſpoſitionis,& iſtis duobus caſibus abſq; dubio dicendū erit,ꝙ inſpici debet proximitas teſtantis,exemplū primi eſt in caſu deciſionis Bar. in.d.§ fratre , nam dubitat ibi an ſenſerit de familia ſua,uel de familia hæredis , poteſt ēt poni exemplum ubi teſtator legaſſet Titio, & duo eſſent Titii,unus coniunctus teſtatori,alter coniunctus hæredi,& dubitetē de quo ſenſerit teſtator & in hoc caſu nō eſt dubiū quin ut dixi,inſpicienda ſit proximitas & affectio teſtatoris,& rō eſt quia in eo,de quo ē diſpoſitio teſtatoris,lex non ſe interponit aliqd de nouo diſponēdo nam ꝓuiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.l.ſi. C.de pac.conuen.l.marius.c.de procu. Bar.in l.i.§.unde quæritur infra de publicanis uerum ſolū ſe interponit interpretando diſpoſitionem teſtantis dubiam,iuxta animum & intentionem ipſius diſponentis,an qua interpretatione procedit per coniecturas.quas in caſu propoſito ſumit ex affectione teſtantis& cum ꝑſumatur teſtatorem habere maiorem affectionem erga eū qui ſibi magis ſit coniunctus,ꝗ erga illum, qui ſit coniunctus hæredi , uel alteri cui fiat ſubſtitutio,iccirco intuetur lex proximitatem teſtantis , unde dicimus , ꝙ ubi legatum ſit Titio & ſint duo Titii,nec appareat de quo ſenſerit teſtator,ꝙlex præſumit cum ſenſiſſe de illo qui ſit ſibi maiori amicitia & charitate coniunctus.l.ſi fuerit.ii reſponſo & ibi Soc. in iii.not.ſupra de reb.dub.& l.quoties.§.i. & ibi Imo. no.ſupra de hæredi.inſti.no.doct.in.l. ſi qs ſeruum.§. ſi inter duos ſupra de leg.ii.& in his terminis ꝓcedit deciſio Bar in.d.§.fratre,nā cum dubium ſit de qua familia ſēſerit,lex præſumit,ꝙ ſenſerit de propria, quia illa eſt ſibi magis coniuncta&præſumitur propriam familiā alteri ꝑpoſuiſſe arg l.cum acutiſsimi.C.de fideicō.ꝗ Bar. allegat in.d.§. fratre, idē diceremus ubi teſtator legaſſet aliqd uni tantum de familia,q eſſet proximior & dubitaretur an ſenſiſſet de eo,qui eſſet proximior teſtantis,uel de eo qui eſſet proximior grauati hæredis,ꝙ lex præſumeret illum teſtatorem ſenſiſſe de eo qui eſſet ſibi proximior,in interꝑtatio.n.ſumenda eſt ex affectionis cōiectura & maior affectio teſtantis ꝑſumitur eſſe in coniuncto ſibi,ꝗ in coniuncto hæredi ut patet ex ꝑdictis exemplū ſecundi ē in caſu tex.noſtri nam licet certum ſit , ꝙ de claudia ſub

ſtituta ſenſerit teſtator, tamen dubium eſt, quo ordine il-
lam uocauerit ad ſubſtitutionem, an ſolum in caſu quo
nulli deſcendentes ex filiis, quibus fit ſubſtitutio, extarẽt
an uero caſu quo nulli extent filii ex ultimo filio, & iſtud
lex interpretatur iuxta animum, & affectionem diſponẽ-
tis cuius coniecturam lex ſumit ex maiori conditione,
ut hic dicit Bar. poteſt etiam poni exemplum in caſu de
ciſionis Decii in d. conſi. primo, nam dum hæres graua
tur locare aliqua bona gradatim ſingulis de una familia
non eſt unum fideicommiſſum commune omnibus, ſed
tot ſunt fideicommiſſa, quot locationes, quæ fieri debẽt
ab hærede. l. ii. ſupra de lega. i. & ſinguli ueniunt ex ſin-
gulari fideicõmiſſo in eos collato, dubitatur tamen qua-
liter eos uocauerit in ordine huius diſpoſitionis, & fidei
commiſſi, & hoc caſu reſpondendum eſt, ꝙ debeat inſpi-
ci ꝓximitas teſtantis, ut dicebat Dec. in d. conſi. i. Ratio
eſt quia, cum teſtator in ſingulos contulerit diſpoſitionẽ
fideicommiſſi, lex non poteſt ſe interponere aliquid de
nouo ſtatuendo, uerum ſolum interpretando, quo ordi-
ne in illos ſingulos de familia contulerit diſpoſitionem
fideicommiſſi, & quia iſta interpretatio fieri debet iuxta
animum & intentionem diſponentis, a quo emanauit di-
ſpoſitio, iccirco interpretatio ſumitur, ex coniectura af-
fectionis teſtantis, quæ maior eſſe præſumitur in coniun
ctis ſibi, quã in coniunctis iis, q ultimo loco obtinuerũt
locationem bonorum ſunt ẽt plures aliæ rationes, q ex
infra dicendis apparebunt. Et ſi dicatur ꝙ prędictis uidetur
prima facie obſtare deciſio Bar. in d. l. ex coniuncti, nam
ibi eſt una ſubſtitutio in ſingulis filiis, & dubitatur quali
ter cenſeri debeant uocati in ordine huius ſubſtitutionis
& inſpicitur ꝓximitas eius pupilli, cui fit ſubſtitutio, non
autem proximitas teſtatoris, ut frater utrinque coniunctus
cenſeatur priua uocatus, reſpondetur ꝙ imo dicta deci-
ſio concordat cũ prædictis, non autem cõtradicit, ſcien-
dum enim eſt, ꝙ ibi eſt pupillaris ſubſtitutio, quæ dicitur
& eſt teſtamentum filii. l. Papinianus. §. ſed nec impube-
res ſupra de inoffi. teſta. l. patris & filii ſupra de uulga. &
pater cenſetur facere teſtamentum ꝓ filio, quia ipſe non
poteſt ſibi facere teſtamentum l. ii. in prin. ſupra de uulg.
iccirco debet inſpici proximitas pupilli cui ſucceditur,
& cuius dicitur eſſe teſtamentum, quia ẽt eius mens & in
tentio eſſet inſpicienda, ubi ipſe pupillus feciſſet ſibi te-
ſtamentum, & ſi dicatur, contra, quia ubi mater uel filius
teſtatoris ſunt ſubſtituti pupillo ꝑ uulgarem expreſſam,
mater pupilli excluditur per tacitam pupillarem, ut per
Barto. & alios in l. ii. circa fi. ſupra de uulg. & ſic in dicta
pupillari tacita attendimus proximitatem patris, non ꝓ-
ximitatem pupilli, reſpondetur, ꝙ ſi mater pupilli admit
teretur, ſubſtitutio pupillaris euaneſceret, iccirco eo caſu
attenditur proximitas patris, quia etiã dicto caſu, ut ſub-
ſtitutio pupillaris conſeruetur, cenſetur eſſe teſtamen
tum patris non filii, ut not. in d. §. ſed nec impuberes. &
in d. l. patris & filii. uides igitur, ꝙ ubi ſubſtitutio pupilla
ris cenſetur teſtamentum patris, inuenimus patris proxi-
mitatem, ubi cenſetur teſtamentum filii, eius proximita-
tem inſpicimus.

¶ Alia eſt quæſtio, quando dubitatur an inſpici debeat
proximitas teſtantis inter plures, qui ſunt uocati in una
diſpoſitione, quæ eſt cõmunis omnibus & ad quos tran
ſit gradatim commodum fideicommiſſariæ ſubſtitutio-
nis ex ordine ſucceſſionis, & iſto caſu reſpondendũ eſt
ꝙ nõ attendatur proximitas teſtantis, ſed eius cui fit ſub
ſtitutio, & illius ultimi, qui obtinuit fideicommiſſum,
exemplum eſt in c. i. de ſucceſ. feudi, nam dum concedi-
tur feudum Titio, & familiæ ſuæ, non ſunt plura feuda
ſed unicum tantum, nec cenſeri debent tot cõceſſiones,
ſeu tot feuda, quot ſunt perſonæ illius familiæ, ad quas
tranſire debet illud feudum uerum omnibus de familia
ſimul & eodem tempore eſt conceſſum feudum, illud ta
men tamen feudum debet tranſire ad ſingulos de familia
gradatim per modum ſucceſſionis, non quia intelligat
reiterata noua conceſſio ſingulis, nam dicitur ſucceſſio
in feudo, ut dicitur in d. c. i. idem etiam ẽ in emphitheo
ſi conceſſa Titio, & familiæ ſuæ, nam eſt unica cõceſſio
ꝓ omnibus, & ad ſingulos de familia tranſit emphitheo
ſis per modum ſucceſſionis, non quia in ſingulis uidea-
tur reiterata noua conceſſio, eſt enim ſucceſſio in em-
phitheoſi, prout in feudo, ut per Barto. & alios in l. ut
iuſiurandi. §. ſi liberi infra de ope. lib. † ita etiam eſt in fi-
84 deicommiſſo relicto familiæ, nam eſt unum fideicõmiſ-
ſum, commune omnibus de familia, & omnes in eadem
diſpoſitione fideicommiſſi ſunt uocati, quinimo fideicõ
miſſum uſq; a principio cedit toti familiæ, caſus eſt in d.
l. peto. §. fratre ſupra de lega. ii. in his uerbis, fideicõmiſ-
ſi petitio familiæ competit, & in his uerbis, omnes de fa
milia fideicommiſſum petent, & in d. l. cum ita. §. in fidei
commiſſo, in his uerbis, fideicommiſſum, quod familiæ
relinquitur. probatur etiam ratione, nam cum ſit unum
fideicommiſſum, ut patet, ſequitur ꝙ non poſſit diuerſis
tẽporibus cedere. l. ſi uſusfructus. l. cum in annos cũ dua-
28 bus ſequentibus infra quãdo dies legati cedat Bar. in l.
cum illud aut illud in eo. tit. facit tex. in l. ſi ita quis ſtipu
letur infra de uerb. ob. & iſtud fideicommiſſum non trã
ſit gradatim in ſingulos de familia per reiterationẽ no-
ui fideicommiſſi in ſingulis eorum, ſed ꝑ modum cuiuſ-
dã ſucceſſionis, nam á principio oẽs ſunt in diſpoſitio-
ne uocati, & oibus de familia ſimul competit petitio di-
cti fideicommiſſi ab hærede grauato. d. §. fratre, & his
oibus caſibus, ut dixit, attendi debet ꝓximitas eius, cui
fit ſubſtitutio, non autem teſtantis, quia dum q̃ritur quis
prius ſit admittendus in ſuccedendo in huiuſmodi feu
do ſeu emphitheoſi, aut fideicõmiſſo cõceſſo, ſeu relicto
familię, inſpicimus qui ſit ꝓximior illi, q ultimo loco ob
tinuit feudum, emphitheoſim, ſeu fideicõmiſſum prout
de feudo eſt, caſus in d. c. primo, & de emphitheoſi ẽ de
ciſio Pau. de Caſt. in d. §. in fideicõmiſſo. & Corn. in d.
conſi. xxii. & de fideicom. relicto familiæ eſt deciſio cõ-
munis ſupra relata. rõ huius concluſionis eſt, quia cũ in
diſpoſitione omnes de familia ſint à principio uocati, et
licet teſtator uoluerit, ꝙ tranſeat in ſingulos de familia ꝑ
modum ſucceſſionis tamen circa ordinem ſucceſſionis
nihil diſpoſuit, iccirco præſumitur uoluiſſe, ꝙ ſeruetur
ordo ſuccedendi inter illos de familia, qui eſt ex diſpo
ſitione iuris, cum enim nihil in contrarium diſpoſuerit,
præſumitur permittere, ꝙ habeat effectum diſpoſitio le-
gis circa huiuſmodi ordinem in ſuccedendo, quia quo-
tiens in aliqua materia extat legis diſpoſitio teſtator uide
tur exprimere ſuam diſpoſitionem eo modo, quo a lege
diſpoſitum eſt l. talis ſcriptura ſupra de lega. i. l. liber ho-
mo infra de uer. ob. l. non recte. C. de fideiuſ. non. n. teſta
tor p̃ſumitur in dubio uelle recedere ab eo, qd̃ per legẽ
diſpoſitum fuit circa ordinem ſuccedendi inter iſtos de
familia, ſed magis diſpoſitioni legis ſe conformare, dũ-
modo ꝟba teſtatoris poſſint pati dictã interpretationẽ
ut ꝑ Bar. hic. & in l. ut iuſiurandi. §. ſi liberi infra de opis
liber. dixi late in l. iii ad fi. ſupra de lega. i. unde cum lex
circa ordinem ſuccedendi inter eos de familia diſpoſue
rit, ut quiſq; admittatur, prout proximior illi, cui ſuccedit
ſic etiam teſtator præſumitur uelle, ꝙ iſtud fideicommiſ-
ſum relictum familię tranſeat ad ſingulos per modũ ſuc-
ceſſionis prout unuſquiſq; eſt ꝓximior illi cui ſuccedit.
nec obſtat ſi dicatur. ꝙ immo per iſtud fideicommiſſum
ſuccedatur teſtatori. l. cohæredi. §. cum filiæ ſupra de uul
ga. & iccirco debeat attendi teſtatoris proximitas, quia
reſpondetur, ꝙ tota familia ſimul a principio dicitur
ſuccedere teſtatori, quia teſtator omnes ſimul, & colle-
ctiue uocauit in eadem diſpoſitione, & toti familiæ cedit
fideicommiſſum, & omnes de familia ſimul poſſunt pe
tere, non aũt ſinguli de familia ꝑ ſe dicuntur ſuccedere
teſtatori quia ſinguli ꝑ ſe non ſunt uocati a teſtatore ſed

ſinguli dicuntur ad inuicem ſibi ſuccedere, unde ſequit
ꝙ in caſu noſtro agatur quo ordine teſtator uelit. ꝙ ſin-
guli de familia ſibi adinuicem ſuccedāt in dicto fideicō
miſſo. & ideo inſpicere debemus, qui ſit proximior eius
de familia cui ſuccedendum eſt in hoc fideicommiſſo, et
hæc eſt ueritas, & per hæc omnes concluſiones prædictę
reducuntur ad concordiam, & apparet, ꝙ illa communis
concluſio, uidelicet quòd in fideicommiſſo relicto fami
liæ non debeat inſpici proximitas teſtantis, ſed illius de
familia, cui ſuccedit in dicto fideicom. ſit uera, & in dubi
tata, & ꝙ deciſio Bar hic non contradicat, quia loquit in
caſu p̄cedentis q̄ſtionis, & ſi dicatur, quæ ſit ratio differen
tię inter primum caſum, uidelicet quādo agitur de decla-
tione perſonarum, de quibus ſenſit teſtator. & qualiter
plures ſint uocati in ordine diſpoſitionis. & iſtum ſecun
dum, quando inter plures uocatos in eadem diſpoſitiōe
agitur qualiter ſinguli admittantur ex ordine ſucceſſio-
nis. Reſpondetur, quod ratio differentiæ ſatis patet ex p̄-
dictis, ex quo in primo caſu extat diſpoſitio teſtatoris de
eo de quo dubitatur, uidelicet, de quo ſenſit teſtator, uel
quo ordine plures ſint ex diſpoſitione uocati, & nulla ex-
tat legis diſpoſitio, niſi in confirmando diſpoſitionem te
ſtatoris. l. lege duodecim tabularum infra de uerb. ſig. &
in interpretando diſpoſitionem teſtantis, quam interpre
tatur iuxta teſtantis uoluntatem. l. ex facto la grande, cir-
ca medium ſupra de hæred. inſti. quia ante omnia in in-
terpretanda teſtantis diſpoſitione, attendenda eſt eius uo
luntas. l. quoniam indignum. C. de teſta. l. cum uirum. C.
de fideicom. l. iii. C. de lib. præteritis. l. in conditionibus
primum locum in prin. ſupra de cond. & demon. quæ uo
luntas iudicatur ſecundum affectionem teſtātis, ut ſupra
dixi ſecus in ſecundo caſu, quia licet extet diſpoſitio te-
ſtantis, per quam ſimul omnes de familia uocantur, tamē
de eo, de quo dubitatur uidelicet quo ordine ad inuicē
illi de familia ſibi ſuccedunt, non eſt aliqua diſpoſitio te-
ſtantis, ſed eſt ſolum diſpoſitio legis. ꝙ prout quiſq; pro
ximior eſt ei, cui ſit ſuccedendum, ita prius admittatur. ie
circo attenditur diſpoſitio legis, circa ordinem huius ſuc
ceſſionis, cum de eo nil diſpoſitum fuerit per teſtatorem
& teſtator in dubio uidetur exprimere ſuam diſpoſitio-
nem eo modo, quo per legem diſpoſitum fuit, ut di-
ctum fuit ſupra eſt etiam alia ratio differentię quia in pri
mo caſu, quo dubitatur qualiter plures præſumantur uo-
cati in ordine diſpoſitionis agitur ut ſinguli ſuccedāt te-
ſtatori. d. l. cohæredi. §. cum filio ſupra de uulga. & ut ſin
guli illud conſequantur ab ipſo teſtante, & eius diſpoſitio
ne, iccirco debet attendi, qui ſit proximior teſtantis. de
cuius ſucceſſione agitur & pro eo interpretatio ſumēda
ſit, & iſtud conformat cum diſpoſitione legis circa ſucceſ
ſionem inteſtati illius teſtantis, ſecus in ſecundo caſu. q̄n
inter plures uocatos in eadem diſpoſitione fideicōmiſſi
dubitatur qualiter ſinguli cēſeantur uocati in ordine ſuc
cedendi, quia tunc non agitur ꝙ ſinguli ex diſpoſitione
ſuccedant teſtanti, nam dum teſtator ſubſtituit familiam
per fideicommiſſum, uult ꝙ tota familia ſimul ſibi ſucce-
dat, & non ſinguli per ſe & ideo omnes collectiuæ in ea
dem ſubſtitutione, ſeu fideicommiſſo uocauit & fideicō-
miſſum a principio cedit toti familiæ, ſed agitur quo or-
dine ſinguli de familia ſibi adinuicem ſuccedāt ut ſupra
dictum fuit unde cum nō agatur quo ordine ſinguli ſuc
cedant teſtanti non attenditur proximitas teſtantis ſed
attenditur proximitas eius de familia, qui obtinuit fidei-
commiſſum & cui ſuccedıtur in dicto fideicommiſſo per
ſubſequentem & iſtud eſt conforme diſpoſitioni iuris ut
inſpiciatur proximitas eius, cui ſit ſuccedendum & ſi di-
catur etiam quæ ſit ratio differentię inter caſum deciſio-
nis Decii in. d. conſi. i. quando hæres grauatur locare ali
qua bona ſingulis de una familia & caſum quando fidei
commiſſum relinquatur familię, reſpondetur ꝙ ratio pa
tet ex prædictis, uidelicet quia in caſu Decii cum ſingu-
lis facienda ſit locatio & hæres grauetur ſingulis facere
locationem, erunt tot fideicommiſſa, ſeu legata quot lo-
cationes, quæ fieri debent ab ipſo hærede. l. ii. ſupra de le
ga. ii. nec omnes de familia collectiuæ cenſeri poſſunt
uocari in una diſpoſitione. ſed ſinguli per ſe & ſingulari
ter, unde ſequitur, quòd in caſu illo agatur quo ordine
unuſquiſq; ipſorum cenſeatur uocatus in diſpoſitione,
non autem quo ordine unuſquiſq; ſibi adinuicem ſucce-
dat ſequitur etiam, quòd ſinguli per ſe illud fideicommiſ
ſum dicantur habere a teſtatore ſeu eius hærede, quia lo-
cationem conſequuntur ſinguli ab hærede, & ideo ex p̄-
dictis apparet ꝙ debet inſpici proximitas teſtantis per
ea quæ ſupra dicta ſunt aliud eſt in fideicommiſſo relicto
familiæ nam eſt unum fideicommiſſum commune omni
bus de familia & omnes collectiuæ in illo uocantur, &
non ſinguli per ſe & ideo non agitur quòd ſinguli ſucce
dant teſtanti, ſed q̄d ſinguli adinuicem ſibi ſuccedant, un
de ſequitur prout ſupra dictum fuit ꝙ inſpiciatur proxi-
mitas illius ultimi, qui obtinuit fideicom. dum dubitatur
quo ordine ſinguli admittantur.

85 ¶ Concluſio igitur erit † ꝙ ubi plures ſingulariter & p̄
ſe uocantur, quia in ſingulis ſit una diſpoſitio fideicom-
miſſi ſemper attendenda eſt proximitas teſtatoris, quia
ſinguli admittuntur ex teſtantis diſpoſitione & ſingulis
teſtatori ſuccedunt non autem adinuicem unus dicitur
alteri ſuccedere in fide icommiſſo ubi uero plures nō uo
cantur ſingulariter, ſed collectiuæ ſimul in eodem fidei-
commiſſo tunc quia non ſinguli per ſe admittuntur ex di
ſpoſitione nec ſinguli per ſe ſuccedunt teſtatori uerum
collectiuę omnes ſuccedunt teſtatori & ſinguli ſibi adin
uicem ſuccedunt tunc dum dubitatur quo ordine ſibi ad-
inuicem ſuccedunt in eo fideicommiſſo inſpici debet p̄
ximitas eius qui obtinuit fideicommiſſum & cui in dicto
fideicommiſſo ſuccedıtur ita credo dicendum pro reſo-
lutione præſentis articuli & concordia dictarum deciſio
num. Non omitto tamen q̄d pro illa opinione † ut attē
datur proximitas illius ultimi qui obtinuit fideicommiſ-
ſum ubi relinquitur familiæ allegatur tex. in. d. l. cum ita
§. in fideicommiſſo ſupra de leg. ii. ubi ē caſus pro dicta
opinione nam tex. ille in his uerbis aut poſt nominatos
extinctos qui ex eo nomine defuncti fuerunt eo tempo-
re quo teſtator moretur & qui ex his proximo gradu p̄-
creati ſunt ineuitabiliter probat iſtam opinionem, ſiue in
telligamus ꝙ ſenſus illius tex. ſit q̄d poſt nominatos ue-
niant qui ex iis deſcenderunt, ſiue uelis intelligere ſecun
dum Bal. ibi. q̄d poſt nominatos fideicommiſſum tranſ-
ſeat ad eos proximiores, qui erant tēpore mortis defūcti
& exinde qui ex ipſis proximioribus deſcenderunt, nam
ſemper attendetur hoc caſu proximitas illius ultimi; qui
obtinuit fideicommiſſum, ut etiam deducit Soci. in. d. l. ſi
cognatis nec poſſumus dicere prout dicebant repeten.
in. d. §. quidam recte & ſecuti ſunt aliqui hic. uidelicet ꝙ
extinctis iis, qui erant proximiores tempore mortis de-
functi non uidetur ꝙ alii poſſint eſſe magis proximi, q̄
illi qui ex ipſis proximioribus ſunt procreati, nam hoc
eſt falſum, quia poſſent eſſe aliqui magis proximi, quàm
ii qui deſcenderunt ex proximioribus. quia ego poſſum
magis eſſet proximus defuncto, quàm ſis tu, licet minus
proximus quam pater uel auus tuus, nec etiam poſſumus
dicere ꝙ ſenſus illius tex. ſit, dum dicit, ꝙ poſt nominatos
omnes extinctos admittuntur qui ex eo nomine defun-
cti fuerunt & qui ex iis proximo gradu procreati ſunt, ꝙ
ex iis qui ſunt ex familia defuncti admittuntur ii, qui pro
ximo gradu defuncti teſtantis ſunt procreati, prout aliqui
dixerunt, ita ꝙ illud uerbum ex his, non referatur ad uer-
bum procreati, ſed ad uerbum, ex eo nomine ſunt, & dū
dixit p̄ximo gradu, intelligatur, uidelicet teſtantis, q̄a hic
intellectus, licet ſubtilis tamen non poteſt ſuſtineri quia
attento dicto intellectu, illud participium, procreati, foret
ſuperfluum, ſatis enim fuiſſet dicere, & qui ex his proxi-

mo,gradu ſunt,ut igitur aliquid operetur, neceſſe eſt, ꝙ
intelligatur de his,qui ex gradu procreati ſunt,uel ex his
nominatis,uel ex his qui non ſunt nominati, tamen erãt
ex eo nomine defuncti tempore mortis defunctę.
87 ℂ Circa aliud quod præſupponit Bar.†uidelicet ꝙ qua
lis ſit intentio ſtatuti in ſucceſsionibus inteſtati talis pręſumitur intentio teſtantis in fideicommiſsis, & ſubſtitu-
tionibus ita ut præſumatur teſtatorem confirmare ſe cũ
diſpoſitione ſtatuti,circa quod late inſiſtunt Alex. & alii
Mod. hic uerum quia Soci. tangit in fi.huius.§.ideo ibi
reſeruo dicendum. Vltra glo.Bar. format alias duas
oppoſitiones anteq̃ ponat Theoricam huius quæſtio-
nis,an & quando in ſubſtitutione pluribus facta requira
tur,ꝙ conditio exiſtat in perſona omnium,& quia de ue
ritate dictorũ Bar.dicetur infra in diſcuſsione huius ma
teriæ,ſolum referam concluſiue,quid uelit Bar.ut habea
88 tis intentionem ipſius quæ uidetur obſcura.† primo ha
betis rationem differentię inter uulgarem & fideicõmiſ-
ſariam,quia uulgaris reſpicit unum effectum ſecundum
teſtantis uoluntatem fideicommiſſaria uero reſpicit plu
res effectus,Intentio Bar. fuit dicere,ꝙ uulgaris ſubſtitu
tio reſpiciat unum effectum,ſecundum teſtantis uolunta
tem, quia uoluntas teſtantis eſſe præſumitur ꝙ non ſit
locus uulgari,niſi in caſu quo tota hæreditas uacet.& ꝓ
pterea ꝙ ſit una ſubſtitutio de tota hæreditate,non plu-
res de pluribus & ſeparatis portionibus, qđ etiam præ-
ſuppoſuit Bar.in.d.l.falſa.§.fi.dum dicit, ꝙ uulgaris re-
ſpicit unum effectum,quia facta pluribus reſpectu unius
hæreditatis& licet Bart.non expreſſerit,uoluit tamen di
cere ꝙ ſubſtitutio fideicommiſſaria dicitur reſpicere di-
uerſos effectus ex uoluntate teſtantis,quia mens teſtantis
eſt ꝙ quilibet ſit per ſe grauatus in ſua portione & pro-
pterea dicentur plura fideicommiſſa, non aũt mens teſtã
tis eſſe præſumitur,ꝙ uelit illos omnes ſimul & collecti
ue eſſe grauatos in uno fideicommiſſo de tota hæredita
te & non in pluribus de diuerſis & ſeparatis portionib.
89 & dum Bar.ſubdit,uel uerius dic † Alexan.& Mod. pu-
tant ꝙ ideo tranſit ad aliam ſol.quia ſibi non placeat.qđ
prius dixerat uidelice ꝙ uulgaris reſpiciat unum effectũ
fideicommiſſaria uero plures, ſed hoc non puto uerum
quia hanc differentiam inter uulgarem & fideicommiſ-
ſariam Bar.poſuit ſupra circa contrarium.l. penul. & in
d.l.penul.& in.d.l.falſa.§.fin.nec etiam dicendum eſt,ꝙ
ideo tranſeat ad aliam ſol. quia uelit recedere ab eo, qđ
dixerat,uidelicet ꝙ requirat concurſus, ubi reſpicit unũ
effectum & non requiratur quando reſpiciat plures.quia
Bar.iſtud ubiq; uoluit & hic,& in d.l. penul. & eſt con-
cluſio indubitata,ut dixi ſupra in euidentialibus,& circa
tex.ſed puto ꝙ Bar.in his ũbis poſuerit rationem,qua-
re præſumatur in uulgari ꝙ teſtator uelit unam tantum
ſubſtitutionem in toto hæreditate & in fideicommiſſa-
ria uelit eſſe plures. & tot quot ſunt portiones & perſo-
næ grauatæ,quæ ratio talis eſt,ꝙ quia ſubſtitutio habet ef
fectum eo tempore, quo eſt locus iuri accreſcendi, p̃ſu-
mitur coniunctim facta pluribus, quia uelit conſeruare
ius accreſcendi inter eos,nam ſicut ex coniunctione col
ligitur præſumptio ad inducẽdum ius accreſcendi.l.uni
ca.§.is ita.C.de cadu.toll.multo magis ex hac coniun-
ctione,dum pluribus ſimul ſubſtituit colligitur pręſum-
ptio ad conſeruandum ius accreſcendi, & ideo ꝙ nolit
illam ſubſtitutionem habere effectum, niſi caſu quo ceſ-
ſat ius accreſcendi,& caſu quo tota hæreditas uacet & ſic
ꝙ ſit una tantum in tota hæreditate & conſequenter re-
quiratur,ꝙ conditio exiſtat in perſona utriuſq; quę ratio
ceſſat in fideicommiſſaria,ut hic per eum. unde apparet
ꝙ Bar.uelit,ꝙ licet natura,& propria ſignificatio uerbo
rum in ſubſtitutione facta pluribus conueniat. ꝙ intelli-
gatur una tantum communis omnibus,tamen ita demũ
intelligitur eſſe una tantum & ꝙ requiratur conditio-
nem exiſtere in perſonis omnium, ſi adſit ratio, ſeu
cauſa propter quam præſumi poſſit teſtatorem uelle. ꝙ
ſit una & non plures & ꝙ conditio omnino exiſtat in
omnibus nam uult ꝙ in uulgari hoc præſumatur,quia ẽ
ius accreſcendi,in pupillari uero &fideicommiſſaria nõ
præſumatur,quia non eſt ius accreſcendi† ſic etiam Bar.
uult ꝙ præſumptio quæ reſultat ratione iuris accreſcen
90 di,non attendatur,niſi caſu quo propria ſignificatio, &
natura uerborum conueniat.Quæ autem fuerit intentio
Bar. circa ſequentem opp. de.l. codicillis dicetur infra
in articulo fideicommiſſariæ.
ℂ Dum Bar.poſtea ponit theoricam.& diſtinguit,aduer
tendum eſt ad plura pro declaratione uerborum Bar.hic
& in.d.l.pen.quæ ſunt multum obſcura, primo aduertẽ
dum eſt † dum concludit. ꝙ ubi ſubſtitutio ſit ſeparatim
ꝙ in cuiuſcunq; perſona exiſtat cõditio, admitti debeat
91 ſubſtitutio & allegat.l.pater filium.§.fi.ſupra ad.l.fal. nã
Bar.uult, ꝙ iſta concluſio procedat in qualibet ſpecie
ſubſtitutionis,& omni caſu,ſiue extat perſona, ſiue non.
ita colligitur dum loquit indiſtincte,& dum allegat tex.
in.d.§.fi.qui loquitur in pupillari. Aduertendum etiam
eſt ꝙ dummodo ſubſtitutio fiat ſeparatim,quamuis il.q-
bus facta ſit ſubſtitutio ſimul, & coniunctim ſint deducti
in conditione,ꝙ ꝓcedat iſta ſua concluſio, puta ꝙ ſit di
ctum,inſtituo Titium & Seium.& ſi uterq; deceſſerit ſine
filiis,grauo Titium reſtituere portionem ſuam,& Seium
etiam grauo reſtituere portionem ſuam Caio, quia etiã
hoc caſu dicetur ſubſtitutio facta ſeparatim qualitercũq;
concipiatur conditio & Bar. hoc caſu uidetur etiam uel
le.ꝙ admittatur ex ꝓprio ſignificatu ſubſtitutio, quia ſi-
ne diſtinctione concludit, ꝙ admittatur & in ſequenti
membro diſtinguit,an ex ꝓprio ſignificatu an ex inter-
pretatione,pro quo facit illud.quod dixi in euidentiali-
bus,uidelicet ꝙ plures conditiones coniunctę ꝑ ſignum
uniuerſale,ſeu collectiuum de ꝓprio ſignificatu reſoluũ-
tur in ſingularitates,quando uerba diſpoſitiua ſignificãt
duas diſpoſitiones,ſeu duos diuerſos effectus.Tertio ad
uertendum eſt quia Bar.non expreſſit ſub quo membro
conſtituat caſum, quando ſubſtitutio fieret alternatiue,
ſed puto ꝙ eius intentio fuerit,ꝙ ubi alternatiua in dicta
ſubſtitutione retinet uim alternatiue, dicatur ſubſtitutio
ſeparatim facta,quando uero aſſumit uim copule ꝙ di-
catur ſimul facta ſubſtitutio.† Quarto aduertendum eſt
ꝙ Bar.in iis,quæ hic dicit & in.d.l. pen.uidetur in pluri
92 bus contrariari,nam hic concludit tam in pupillari, q̃
in fideicommiſſaria ſimpliciter facta duobus ꝙ exiſten-
te conditione in perſona unius tantum, non admittatur
ſubſtitutus ubi ſuperſit perſona,quę ex pręſumpta mẽte
excludat ſubſtitutum&tamen in.d.l.pen.in finalibus uer
bis cõcludit ſimpliciter & in diſtincte ꝙ in pupillari &
in fideicommiſſaria admittatur ſubſtitutus exiſtente con
ditione in perſona unius,nulla habita diſtinctione an ſu
perſit,uel non ſuperſit perſona.Secundo Bar.hic & in.d.
l.pen.in fi.uult idem eſſe in pupillari,quod in fideicom-
miſſaria & ꝙ utraq; reſpiciat diuerſos effectus & tamen
in.d.l.pen.uerſi.ſed quando ſimpliciter uult ꝙ ſit differẽ
tia inter pupillarem & fideicommiſſariam,& ꝙ pupilla-
ris reſpiciat unum effectum, fideicommiſſaria plures &
ſi dicatur ꝙ Barto.ibi loquitur de directa uulgari nõ de
directa pupillari. Reſpondetur ꝙ omnino debet etiam
intelligi de directa pupillari,nam loquitur in caſu,quan
do ſubſtitutio fuit facta ſub conditione, ſi filii mei deceſ
ſerint & in caſu iſto diſtinguit inter pupillarẽ & fideicõ
miſſariam & in terminis glo.ibi quæ concordando tex.
noſtrum cum.d.l.pen.diſtinguebat inter pupillarem &
fideicommiſſariam. Has contrarietates Bar.ponderant
docto.in.d.l.pen.maxime Alex.& Iaſ.ibi & Soci. hic in
articulo pupillaris. Nullus declarat qualiter dicta Bar.
poſſint ad concordiam reduci, ego credo ꝙ poſſint a
dictis contrarietatibus ſaluari,ſi recte declarentur & pro
intelligentia pręmitto, quod ubi Bar.dicit, ꝙ pupillaris

ſubſtitutio reſpicit diuerſos effectus, appellat illā papil⸗
larem, ubi uero dicit, ꝙ reſpicit unum effectum, ſimplici⸗
ter appellat illam, directam ſubſtitutionem, ut patet ex iis
quę dicit in .d. l. pen. & in hoc, iudicio meo, Bar. conſide
rauit. ꝙ pupillaris ſubſtitutio poteſt conſiderari tāquam
directa inſtitutio, ſeu ſubſtitutio facta in patris hæredita⸗
te, ſub conditione, ſi filii deceſſerint in pupillari ætate, &
hæreditas uacaret per mortem filiorum ut in ſimili con
ſiderat tex. in .l. in ratione. §. qd̄ uulgo uerſi. cum in hac
parte iuris, & §. ſi filio uerſic. ſed uerior ſupra ad l. fal. &
dixi ſupra in nota, & hoc caſu uult, ꝙ reſpiciat unum ef
fectum & ꝙ adſimiletſ uulgari, quia ſicut uulgaris habet
locum, quando is, cui fuit facta, non eſt hæres, ſic iſta ſub
ſtitutio directa interpretata ex pupillari, habet locum, qñ
is pupillus, ex eo quia moritur in pupillari ętate fingitur
ac ſi non fuiſſet hæres, & per utrunq; diceretur ſuccedi
teſtatori, ut latius dicam infra in articulo pupillaris, cum
igitur facta ſit pupillaris ſubſtitutio duobus pupillis ſi⸗
mul, & primus deceſſerit in pupillari ætate, & contendāt
pupillus ſuperſtes, & ſubſtitutus, quia, ſubſtitutus dicat ꝙ
ex quo hæc ſubſtitutio pupillaris eſt, facta duobus, & per
eam cuilibet ſucceditur in ſua hæreditate, ꝙ ideo dicta
conditio, ſi filii mei deceſſerint in pupillari ætate reſpi⸗
ciat diuerſos effectus, & conſequenter ꝙ debet reſolui in
ſuas ſingularitates, & ſufficiat ꝙ conditio exiſtat in perſo
na unius, & frater ſuperſtes reſpondebit. ꝙ ſubſtitutio ſi⸗
bi facta non debet intelligi teſtamentum ipſius, nec pu⸗
pillaris ſubſtitutio quia hoc modo intelligendo ſibi no
ceret, & nunquam intelligetur pupillaris, ſeu teſtamentū
filiorum, quando noceret fillos glo. in l. ex tribus, C. de
inoffi. teſta. not. in .l. patris & filii ſupra de uulgar. & in .l.
Papinianus §. ſed nec impuberis ſupra de inoffi. teſta.
uerum interpretari debet teſtamentum patris, & inſtitu⸗
tio ſeu ſubſtitutio in patris hæreditate. quia hoc eſt ſibi
utilius, & quia ſubſtitutio facta ſuperſtiti intelligetur pro
pter eius fauorem inſtitutio & ſubſtitutio in patris hære
ditate, ita etiam ea, quæ fuit facta filio defuncto, quia ſi⸗
mul utriq; facta fuit argu. l. iam hoc iure ſupra de uulga.
& l. eum qui edes infra de uſucap. cum concordantibus
propterea ſequitur ꝙ in fauorem filii ſuperſtitis ita inter
pretabitur ſubſtitutio ꝙ ſit inſtitutio ſeu ſubſtitutio in pa
tris hæreditate, & quòd adſimilitur uulgari, quodq; pro⸗
pterea reſpiciat unum effectum, & non plures, non autē
interpretabitur pupillaris & teſtamentum filiorum, quia
ſic reſpiceret diuerſos effectus & procederet argumentū
ſubſtituti contra fratrem ſuperſtitem, ſed ubi ſubſtitutus
non cōtendat cum pupillo ſuperſtite, ſed cum alio, tunc
quia nullus alius poteſt allegare. quòd non intelligatur
pupillaris ſubſtitutio & teſtamentum filiorum. ideo tunc
dicetur reſpicere diuerſos effectus, & ſufficit quod con⸗
ditio exiſtat in perſona unius.

¶ Hoc ſic præmiſſo infero ad concordiam dictorum
Bar. quia pupillaris ſubſtitutio quando propter commo
dum fratris ſuperſtitis interpretatur directa inſtitutio ſeu
ſubſtitutio in patris hæreditate tunc dicet reſpicere unū
effectum & nunquam eo caſu interpretabitur, ꝙ ſufficiat
conditionem uerificari in uno, ita procedunt quæ dixit
Barto. in .d. l. pen. uerſi. ſed quando ſimpliciter facta ſit
ſubſtitutio, ubi uero illa ſubſtitutio interpretatur pupilla
ris ſubſtitutio, & teſtamentum filiorum, quod eſt, quando
ſubſtitutus non contendit cum fratre ſuperſtite, tunc ea
dicetur reſpicere diuerſos effectus, & ſufficit conditionē
uerificari in pſona unius & ita procedit. quod dicit Bar.
in .d. l. pen. in ultimis uerbis, uidelicet quòd idem ſit in
pupillari, quòd in fideicommiſſaria quia quando intelli
gitur pupillaris, & teſtamentum filiorum non eſt differē
tia inter pupillarem, & fideicōmiſſariam, ut ibi dicit ſed
differentia eſt quando interpretatur fauore ſuperſtitis, 93
non pupillaris ſed directa inſtitutio ſeu ſubſtitutio in pa
tris hæreditate quia tunc aliud eſt in hac directa pupilla
ri aliud in fideicommiſſaria, ut dicit Bar. in dicto uerſi.
ſed quando ſimpliciter facta ſit ſubſtitutio, ex quibus ha
bes, ꝙ ea quæ hic dicit Bart. de pupillari non contradi⸗
cunt iis, quæ dixit in .d. l. pen. nam hic, in pupillari ſimpli
citer facta duobus, uult ꝙ non ſufficiat conditionem ue 8
rificari in uno, quando ſupereſt perſona, quæ ex præſum
pta mente excludat ſubſtitutum, idem etiam uoluit in .d.
l. penul. ut ſupra dixi, ſolum plus dixit, ꝙ hoc caſu intelli
gitur directa inſtitutio, ſeu ſubſtitutio in patris hæredita
te, & reſpicere unum effectum tamen hoc idem præſup⸗
ponit hic, uidelicet quod ubi ſuperſit perſona, tunc pu⸗
pillaris non dicatur reſpicere diuerſos effectus, ſed quod
ſit una communis omnibus pupillis nec oppoſitū dixit
in .d. l. pen. in ultimis uerbis, quia ibi loquitur de pupilla
ri, quando reſpicit diuerſos effectus, propterea non po⸗
teſt intelligi, quando ſuperſit perſona, ex quo tunc non
dicetur reſpicere diuerſos effectus, ſed unum tantū quia 83
intelligetur una inſtitutio, ſeu ſubſtitutio de tota hæredi
tate in patris teſtamento, ut dictum fuit, uel una ſubſtitu⸗
tio facta ultimo ut dicebant doct. in .d. l. penul. & ſi dicas
quod Bart. hic etiam intelligit, ꝙ iſta limitatio, quando
ſupereſt perſona, procedat caſu quo pupillaris reſpiciat
diuerſos effectus, dico quod hoc non eſt uerum nam dū
Bar. poſuit regulam, tam in pupillari, quam in fideicom⸗
miſſaria, quod ſufficiat conditionem uerificari in uno,
quia reſpiciunt diuerſos effectus. Barto. limitat primo, in
caſu, quando ex præſumpta mente defuncti, uel ex natu⸗
ra relicti ſit locus iuri accreſcendi & hoc caſu non pōt
intelligi, ꝙ ſint duæ ſubſtitutiones & ꝙ reſpiciat diuer⸗
ſos effectus illa conditio, ſi deceſſerit, ſed unum tantum
prout diximus ſupra de uulga. idem etiam eſt in alia li⸗
mitatione, quando ſuperſit perſona. adeoꝙ iſte duæ limi
tationes non tantum pertinent ad id quod ſupra dictū
erat uidelicet quod ſufficiat conditionem uerificari in
uno ſed etiam ad aliud, ꝙ reſpiciant diuerſos effectus ſo
lum igitur poteſt eſſe dubitatio an in hoc Bart. ſit contra
rius, quia hic uult quod in fideicommiſſaria ſimpliciter 63
facta non ſufficiat conditionem uerificari in uno quādo
ſuperſit perſona in .d. l. pen. indiſtincte concludit qd̄ ſuffi
cit uerificari in uno nulla habita diſtinctione, ſiue ſuper⸗
ſit perſona ſiue non ſuperſit, quoad hoc difficile eſt ſal⸗
uare Bart. a contrarietate & omnes fatentur ꝙ eſt ſibi cō
trarius niſi dicamus, quòd in .d. l. pen. loquitur in ea fidei
cōmiſſaria quæ reſpicit diuerſos effectus, ut expreſſe ibi
dicit in ſi. nam per id non negaret quin eo caſu quo ſupe
reſſet talis perſona. quæ ex præſumpta mente excluderet
ſubſtitutum requiratur conditionem uerificari in omni⸗
bus quia tunc non diceretur reſpicere diuerſos effectus
ſed eundem quia intelligeretur quòd teſtator uellet eſſe
unum fideicommiſſum de tota hæreditate debendum
ab omnibus, uel ab ultimo tantum & ſic erimus extra ca
ſum .l. Lucius §. Caio infra eo & l. ſi. §. filium ſupra de le
ga. ii. & latius infra declarabitur. Ultimo aduertendum
eſt quod licet Bar. conſtituat differentiam inter fideicō⸗
miſſariam factam ſimpliciter & factam ſub nomine col⸗
lectiuo uel cum copula tamen Bar. utroq; caſu idem de⸗
cidit quod ſi eſſet perſona &c. non ſufficeret conditionē
uerificari in uno, ſi uero nō extaret quòd ſufficiat & ideo
colligitur quod noluit ſolum conſtituere differentiam
in hoc, quia quando ſub nomine collectiuo exiſtente cō
ditione in perſona unius ſubſtituti non admittitur ex ꝓ⸗
prio ſignificatu ſed ſolum ex interpretatione, quæ ſumit
ex pſumpta mente, ſed quādo ſimpliciter tunc ex ꝓprio
ſignificatu admitteretur ſubſtitutus exiſtente conditione
ſolum in perſona unius pro quo faciunt quæ dicta ſunt
ſupra in euidentialibus.

¶ Declaratio uerbis Bar. pro reſolutione huius difficis
lis & inuolute quæſtionis ſ an & quando in ſubſtitutio
ne facta pluribus requiratur ꝙ conditio exiſtat in perſo
na omnium, an uero ſufficiat quod conditio exiſtat in

perſona unius: Aduertendum eſt ad illud, quod ſupra
dixi in euidentialibus & in tex.uidelicet, ꝙ quoties uel
ex ſignificatione uerborum,uel ex pręſumpta mente prę
ter & ultra ſignificationem uerborum intelliguntur plu
res ſubſtitutiones uidelicet una ſubſtitutio in ſingulis. qui
bus fit ſemper habebit effectum ſubſtitutio in cuiuſcunq;
perſona exiſtat conditio ubi uero intelligitur tantũ una
ſubſtitutio communis omnibus quibus fit &non una in
ſingulis,tunc non habebit effectum ſubſtitutio,niſi con
ditio exiſtat in perſonis omnium, ſecundo aduertendũ
eſt,quando dicatur ſubſtitutio ſeparatim facta & quãdo
dicatur ſimul facta,nam Bar. diſtinguit hæc duo mẽbra
& nec ipſe,nec cæteri declarant, quomodo iſtud intelli
gi debeat & de hoc dicemus in qualibet ſpecie ſubſtitu
tionis.

¶ His ſic præmiſsis,quæſtio iſta diuiditur in tres partes
primo,quid in uulgari,ſecundo quid in pupillari. tertio
quid in fideicommiſſaria & ad iſtas tres,omnes alię ſub
ſtitutionum ſpecies reducentur. Circa primam cõcluſio
Bar.eſt ꝙ ſi ſeparatim facta ſit uulgaris, ꝙ in cuiuſcunq;
perſona exiſtat conditio,habet locum ſubſtitutio,ſi uero
ſimul ſit facta. ꝙ omni caſu requiritur,conditionem exi
ſtere in perſonis omnium ad hoc ut habeat locum ſubſti
tutio. Oe quia in hoc articulo infinita ſcripſerunt doct.
nec tamen materia eſt perfectæ declarata,ut ordinate pro
94 cedamus uidendum eſt de duobus principaliter † primo
quando ſeparatim & quando ſimul dicetur facta. Secun
do an uera ſit concluſio Bar. Circa primum ſciendum eſt
ꝙ ſicut habemus in materia coniunctorum, ad hoc ut
adſit coniunctio neceſſe eſt ꝙ ſit eadem diſpoſitio com
munis duobus,nam eo caſu,ſi ſit eadẽ diſpoſitio,& ora
tio dicetur eſſe coniunctio uerbalis, & ſi non ſit eadem
oratio,dicetur ſolum eſſe cõiunctio realis,ſed ſi ſint duę
diſpoſitiones & una conferatur uni,altera alteri tunc eſt
totalis diſiunctio l.huiuſmodi.§.quibus ſupra de lega.i.
Bar.in.l.re coniuncti uerſi.ſecundo principaliter quęro
& col.vii.in fi.ſupra de lega. iii. iccirco quoties ex pro
prio ſignificatu uerborum importabuntur plures ſubſti
tutiones.& in perſona ſingulorum ſua particularis ſub
ſtitutio, eo caſu ſemper dicitur facta ſeparatim, ex quo
ſingulis facta fuit ſua ſubſtitutio, non autem coniunctim
in eadem diſpoſitione.& ſubſtitutione facta fuit omnib.
ſubſtitutio e contrario dicetur ſimul facta,quoties uerba
ſubſtitutionis ex proprio ſignificatu importare poſſunt
unicam ſubſtitutionem,ex qua communiter omnibus ui
deri poſſit facta ſubſtitutio,nõ autem neceſſario ex ſigni
ficatu uerborum proprie intelligitur in perſonis ſingu
lorum particularis ſubſtitutio dupliciter ergo ꝟba ſigni
ficare poſſunt neceſſario plures ſubſtitutiones.& in per
ſona ſingulorum particularem ſubſtitutionem. Primo
modo quando,uerbum diſpoſitiuum expreſſe ſit dupli
catum.Secundo caſu,quando non fuit duplicatũ,tamen
neceſſario debet duplicari.uel ex ui conditionis, uel qa
ad plures referatur, de primo exempla ſunt clara, quia
ſiue dicatur hoc modo,ſi Titius hæres non erit ſubſtituo
& ſi Seius hæres non erit ſubſtituo, ita ut diſpoſitiones
& conditiones ſint,diſiunctę & ſeparatę,ſiue dictum ſit,
ſi Titius & Seius hæredes non erunt, uel ſi uterq; hæres
non erit ſubſtituo Titio & ſubſtituto Seio Caium ita ꝙ
ſolum diſpoſitiones ſint ſeparatę,tamẽ conditiones ſint
coniunctę nam neceſſario eſt duplex diſpoſitio, cum ſit
duplex uerbum diſpoſitiuũ l. quinquaginta ſupra de ꝓ
batio Bar.in.d.l.re coniuncti col.iii.&ideo dicetur ſepa
ratim cuilibet facta ſubſtitutio ut per Bar. in.d.l.re con
iuncti,col.v.uerſi.ſecundo principaliter quęro&his duo
bus caſibus nulla eſt difficultas. Poteſt etiam quando ẽ
unicum uerbum diſpoſitiuum, neceſſario ſignificari du
plex ſubſtitutio,quoties conditio ſubſtitutionis refertur
ad omnes, de quibus ſit ſubſtitutio,non uniuerſaliter &
collectiuę, ſeu complexiuę,ſed particulariter, ſeu ſingula
riter.quia ſicut in perſonis ſingulorum ex proprio ſigni
ficatu uerificatur conditio. ſic etiam habet locum ſubſti
tutio,& tot ſubſtitutiones ſignificabuntur,quot perſonæ
in quibus uerificari poteſt conditio ſubſtitutionis & ſẽ
per tunc dicetur facta ſeparatim licet facta ſit in eadem
oratione, quãdo particulariter ſeu ſingulariter facta fuit
ut hic dicebat Pau.de Caſt. exemplum poteſt poni duo
bus modis primo dum teſtator ita ſubſtituit, ſi quis hæ
res non erit ſubſtituo, refertur hæc conditio ad omnes,
& quia particularis,in perſona ſingulorum uerificatur.l.
ſi neceſſarias.§. qui annua ſupra de pigno.ac.l.ſi is qui
ducenta.§. cum ita ſupra de reb.dub. Bar.in d.l.ſi is qui
ducenta.§. utrum & propterea in ſingulis erit una ſubſti
tutio & tot ſubſtitutiones quot perſonę & cuilibet dice
tur ſigillatim facta in hoc tamen aliqui Mod.hic mouẽt
unam difficultatem poſt Bar.Soci & alios in.d.§.utrum
ad ſi.circa quam doct.multum laborant,& nõ reſoluũt
nam uidetur dicendum,quod iſta,ſi quis,uel ſi aliquis hę
res non erit,debeat dici uniuerſalis negatiua non partic
laris & equipolleat huic, ſi nullus hæres erit & ideo di
ci debeat ſimul facta.prout iſta propoſitio,quid non feci
dicetur uniuerſalis negatiua & equipollet huic,nihil fe
ci.d.l.ſi is qui ducenta.§.utrum in ſi & licet circa reſol.
95 huius difficultatis multum laborent doct. † ultra ipſos
dic.ꝙ,uera & clara reſolutio eſt,ꝙ hi caſus ſunt multum
diuerſi.nam in caſu noſtro, cum dictum ſit,ſi quis, uel ſi
aliquis non erit hęres,negatio eſt poſtpoſita.quia præce
dit ſignum particulare & ſubſequitur negatio, non tan
tum in ordine ſcripturæ,ſed etiam in conſtructione, ic
circo remanet adhuc particularis,quia ſolum equipollet
ſuæ ſubcontrariæ,quæ eſt particularis negatiua, prout
in illa,ſi quid factum non erit.d.l.ſi is qui ducenta.§.cum
ita prout in hac aliquis homo non currit, aliud eſt in ca
ſu,d.§.utrum in ſi.quando dictum fuit,quid non feci, qa
hoc caſu licet in ordine ſcripturæ negatio ſit poſita poſt
ſignum particulare,tamen in ſenſu, & conſtructione di
citur præpoſita,quia eſt appoſita uerbo, & illud ſignum
particulare,quid eſt ex parte prædicati quod in ſenſu&
conſtructione ponitur poſt uerbum & ideo tanquam pꝛę
poſita eſſet facit equipollere ſuæ contradictoriæ, quæ
eſt uniuerſalis negatiua Bar.in.l.obligari ſupra de auth.
tuto.& iſtud, uidelicet ꝙ negatio præpoſita ſolũ quoad
ſenſum,non quoad ordinem ſcripturæ facit æquipolle
re ſuę contradictorię,put ſi eſſet etiam ꝑpoſita in ſcriptu
ra probat tex.in.d.§.cum ita.& in.l.ſi ſeruus.§.ſi plurimũ
ſupra ſi quis cautio,ut infra declarabo. unde infertur, ꝙ
ſi in caſu noſtro eſſet prępoſita negatio,quia dictum fuiſ
ſet,ſi nõ aliquis hęres erit,ꝙ eſſet uniuerſalis,& equipol
leret iſti,ſi nullus hęres erit, & diceretur ſimul facta,quã
do eſt ſolum unum uerbum diſpoſitiuũ.alio modo po
teſt exemplificari,quando conditio fuit diſiunctiua,quia
dictum ſit,ſi Titius hęres non erit,aut ſi Seius hęres non
erit,ſubſtituo uel dictum ſit,ſi Titius,aut Seius hæres non
erit quia diſiunctiua eſt particularis,ut per Barto.in.d.§.
utrum.& in uno poteſt uerificari.d.l. ſi is qui ducenta.§.
cum ita & .§. utrum in ſi l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit in
96 fra de uerb.oblig.† Iſtud tamen intelligendum eſt, caſu
quo licet plures conditiones negatiue coniungantur ꝑ
alternatiuam,ſeu diſiunctiuam,tamẽ ipſa diſiunctiua,ſeu
alternatiua non ſit negata nam ſi eſſet negata illa alterna
tiua eo caſu illa propoſitio equipolleret copulatiuæ ne
gatiuæ declaro in exemplo præpoſito ſunt duæ condi
tiones negatiuæ coniunctæ per dictionem, aut tamen il
la alternatiua non eſt negata immo ſenſus eſt,ꝙ ille duę
conditiones ſtent alternatiuæ, ſed quoties alternatiua
coniungeret terminos in eadem oratione,non diuerſas
orationes puta in hoc exemplo,ſi Titius aut Seius non
eſt hæres,tunc ſi negatio poſtponitur diſiunctiuæ,rema
net adhuc illa conditio diſiunctiua ſed ſolum negat uer
bum & idem erit ꝙ in primo caſu ſed ſi præponatur ne

gatio ipſi diſiunctiue quia dicatur, ſi non Titius aut Se-
ius erunt hæredes, tunc eſt ac ſi dictum ſit, ſi nullus erit
hæres.aut, ſi nec Titius nec Seius erit hæres, Ratio eſt
quia ſicut hæc affirmatiua.Titius aut Seius eſt hæres, eſt
particularis,præponendo negationem facies equipolle
re ſuæ contradictoriæ.& ſic uniuerſali negatiuæ, quæ eſt
ipſa copulatiua negatiua, nam ſicut negatio præpoſita
uniuerſali facit.ꝙ nõ ſit illa propoſitio amplius uniuer-
ſalis ſed particularis ut in hac, non omnis homo currit;
ut per Bar.in.d.l.obligari ſupra de autho. tuto. & nega-
tio prępoſita particulari facit. ꝙ illa ꝓpoſitio ſit uniuer-
ſalis ut in hac non aliquis homo currit,quia idem eſt ac
ſi dicatẽ ullus homo currit ſicẽ in negatiua ꝓpoſita ipſi
diſiunctiuæ,quia facit,ꝙ nõ dicatur amplius diſiunctiua,
ſed copulatiua negatiua,quia ſicut negatiua prępoſita ne
gat uniuerſitatem ꝓpoſitionis,uel particularitatem,ſi par
ticulari propoſitioni adiiciatur, ſic negat alternatiuam,
ſi alternatiuę præponatur,negat copulatiuam,ſi copula-
tiuæ præponatur & patet ad ſenſum,nam dum dicitur,ſi
non Titius aut Seius hæres erit ſubſtituo,uerba ſignificãt
ꝙ in euentum quòd non ſit uerum,quòd Titius aut Seius
ſit hæres, ſit locus ſubſtitutionis & ſic in defectum illius
alternatiuæ affirmatiuę,titius aut ſeius eſt hæres,ſed cum
non poſſit illa alternatiua affirmatiua reddi falſa,niſi ca-
ſu quo nec unus nec alius ſit hęres.d.§.cum ita.d.§.utrũ
in ſi.neceſſario idem ſemper erit ac ſi dictum ſit, ſi neq;
Titius neq; Seius hæres erit,ita ꝙ non erit amplius di-
ſiunctia ſed copulatiua,&hoc caſu poteſt defendi id. qđ
uoluit Abbas poſt Card.in.c. inter cæteras de reſcriptis,
& Poſitus in ſuo tractatu ſubſtitutionum.q.xxv. & hoc
etiam fuit de mente d. Ripę hic, licet hoc modo non
declaret.

❡ Ex pędictis infertur.ꝙ quoties conditio ſit facta ſub
ſigno uniuerſali,tamen negatio ſit præpoſita, puta quia
ſit dictum ſi non uterq; hæres erit,uel ſi non omnis hæ-
res erit,quòd illo caſu illa conditio erit particularis,non
uniuerſalis quia ſenſus uerborum erit, ſi non erit uerum
quòd uterq; ſi hæres,quòd admittatur ſubſtitutus, igitur
idem eſt,ac ſi dictum ſit ſi aliquis non ſit hæres,ut p Bar.
in.d.l.obligari.Idem uolo dicere, ſi conditio ſit copula
tiua,& prępoſita ſit negatio eo caſu dicitur particularis
non uniuerſalis nec amplius dicetur copulatiua,nam ea
ratione qua negatio præpoſita diſiunctiuę facit, ꝙ ipſa
diſiunctiua quæ erat particularis equipolleat uniuerſali
negatiuæ & ſic copulatiuæ negatiuæ.ita a ſimili negatio
præpoſita copulatiuę facit quòd illa equipolleat parti-
culari negatiuę & ſic diſiunctiuę negatiuę per pędicta,
unde ſi dictum ſit,ſi non erit hæres Titius & Seius.ſubſti
tuo eſt ac ſi dictum eſſet,ſi titius aut ſeius non erit hęres
ut patet ex prædictis,nam hoc caſu uerba ſignificant, ꝙ
ubi falſum ſit, quod Titius & Seius ſint hæredes, quòd
admittatur ſubſtitutio & ſic in defectum copulatiuæ af-
firmatiuæ, quæ cum deficiat altero non exiſtente hære-
de, ergo eſt,ac ſi ipſa ſubſtitutio eſſet facta diſiunctiuæ,
quoties igitur conditio ſit particularis quia ex proprio
ſignificatu uerificari poſſit in uno ex iis, quibus ſit ſubſti
tutio, tot erunt ſubſtitutiones, quot perſonæ, in quibus
poteſt uerificari & conſequenter dicetur ſeparatim facta
ſed ſi conditio ſit uniuerſalis adeo quòd neceſſario non
uerificetur in uno tantũ. tunc uerba ex proprio ſignifica
tu non importabunt niſi unicam ſubſtitutionem com-
munem iis omnibus,in quibus communiter & ſimul po
teſt conditio uerificari & eo caſu dicetur ſimul facta ſub
ſtitutio uidendum eſt igitur quando conditio dicet̃ ſu-
re uniuerſaliter in uulgari ſubſtitutione & ponuntur tria
exempla, Primum quando perſonæ,quibus ſit coniun-
guntur in conditione per copulam. Secundo quando p
ſignum uniuerſale, Tertium quando indiffinite in plu-
rali numero.

97 ❡ Circa primum 1. exemplum poteſt poni, quando ſit
duplex negatiua, quia ſit dictum ſi nec titius, nec ſeius
erunt hæredes,nam hoc caſu illa negatiua, nec habet in-
cluſam copulam,ut eſt glo.in.l.ſi filiæ.C. de donatio.an
te nup. in.l. & quia ſupra de iuriſdic. omnium iudicum
Barto.in.l.ſæpe infra de uerb. ſign.nam hic negat̃ actus
uerbis in ſingulo copulato & ideo eſt uniuerſalis & hac
ratione dicimus, ꝙ ſi ſit copulatiua negatiua in duabus
orationibus,quia ſit dictum, ſi titius hæres non erit & ſi
Seius hæres non erit ſubſtituo,ꝙ ſit uniuerſalis, quia ne-
gatur actus uerbis penes utrunq; copulatum ut in.l.ſi hę
redi plures ſupra de condi. inſtitutio.l. ſi is qui ducenta
.§.ſi.ſupra de reb.dub.poteſt etiam poni exemplum,quã
do copulatiua ſit in eadem oratione & ſit unica negati
ua,puta quia ſit dictum, ſi Titius & Seius hæres non erit
& communiter doct.conueniunt in hoc,uidelicet quod
non uerificetur niſi in utroq; Imol. tamen & Alex. hic,
& idem Alex.in.d.l.penu.uolunt quod iſta conditio ſu-
matur ex particulari & ꝙ in uno poſſit uerificari, quia
quoties copulatiua negatiua eſt in eadem oratione & ſo
lum de extremo copulato, eo caſu ſumitur ex particula
ri & uerificabitur in uno,hoc idem uoluit Soci.in.d.l. ſi
is qui ducenta §.cum ita Card.in clemen.pleriſq; de e-
lectio. dum dicit.ꝙ aut eſt copulatiua negatiua in hypo
thetica,& tunc dicetur uniuerſalis.nec poterit in uno ue
rificari,ſed requiritur concurſus.d.l.ſi hęredi plures.d.l.
ſi quis ita ſtipulatus,ſi uero ſit copulatiua negatiua in ca
thegorica, & ſic in eadem oratione & tunc ſumetur ex
particulari, & uerificari poteſt in altero, nec requiritur
concurſus.Idem tamen Soc. in.l. prima ſupra de uulga.
Dec.in.d.l.pen.dicunt,quòd ſignificatio poteſt ſumi ex
particulari & ex uniuerſo, & quòd in ſubſtitutione per
rationes quas adducunt,ex equitate ſumitur ex uniuerſo
Poſitus in dicto ſuo tractatu tenuit qđ ſumatur ex parti
culari & dicit quòd copulatiua negatiua eiuſdem oratio-
nis ſtat collectiue,& omni caſu,quo actus uerbi non ue-
rificetur in quolibet copulato, ex quo in uno non uerifi
cetur dicetur uerificata conditio negatiua eiuſdem ora-
tionis & pro iſta ſua opinione adducunt plura: Primo
ꝙ ſicut in exemplo propoſito ſi titius & ſeius hæredes
non erunt uno non exiſtente hærede falſum eſt dicere
titium & ſeium eſſe hæredes,ergo uerum eſt dicere Ti-
tium & ſeium non eſſe hæredes & ſic uerificari poteſt
uno non adeunte. Allegat etiam tex. ubi dicunt eſſe ca
ſum in.d.l.ſi is qui ducenta §. cum ita; ibi enim ſtipula-
tio pænalis concepta ſub conditione ſi ſtichum & ero-
tem non dederis & ſic copulatiuæ negatiuæ, in eadem
oratione committitur uno tantum non dato, quamuis
alius detur & ſic conditio uerificatur in uno quia ſicut
uno non dato falſum eſt dicere quòd ſtichum, & erotẽ
dederit ſic uerum erit ꝙ ſtichum & erotem non dederit.

❡ Tu uero iſtis non obſtantibus teneas, quòd iſta con-
ditio ſumatur ex uniuerſo neq; poſſit aliquo modo ex
proprio ſignificatu in uno uerificari;nam ſicut copulati-
ua affirmatiua ideo dicitur uniuerſalis quia affirmatur
uerbum pænes quodlibet copulatum ut det Bar.in.d.§.
utrum ſic quoties negatur actus uerbi pęnes quodlibet
copulatum, dicetur uniuerſalis negatiua quoad copula-
ta,prout quando ſunt duæ negationes,ut in hac, omnis
homo currit & in hac nullus currit,quęlibet enim eſt uni
uerſalis,ex quo quęlibet uel affirmat, uel negat actũ uer
bi pænes omnes. In propoſito,dum nos dicimus,ſi Ti-
tius & ſeius non eſt hæres; certe hic negatur actus uerbi
pęnes omnes ad quos refertur & ſic pęnes Titium,& pę
nes Seium ergo eſt uniuerſalis negatiua. & equipollebit
huic ſi nec Titius erit hæres,nec Seius hæres erit. proba
tur nã hæc Titius & Seius eſt hæres,eſt uniuerſalis quoad
copulata ſi poſtponatur negatio,quia ſit dictum,ſi Titius
& Seius non eſt hæres,certe adhuc erit uniuerſalis. quia
negatio poſtpoſita facit equipollere ſuæ contrariæ,quæ
ipſa etiam eſt uniuerſalis,ut dictum fuit & patet in ratio
ne,

tiē nam quando poſtponitur negatio non nego copula-
tiuam immo copulatiua in ſe eſt affirmata & durat copu-
latiua bene nego actum uerbi in quolibet copulato, ſicut
in hac omnis homo non currit quia negatio poſtponit
non negatur uniuerſalitas orationis & ideo adhuc eſt
uniuerſalis ſed negatur actus uerbi in omnibus ad quos
uerbũ refertur & ideo equipollet huic nemo currit &
ꝑrea eſt ſol. ad primum quia falſum eſt dicere ꝙ uno nõ
exiſtente hærede, uerum ſit dicere Titium & Seium non
eſſe hæredes quia cum iſta ꝓpoſitio equipolleat huic, ſi
nec unus nec alius ſit hæres uel ſi neuter ſit hæres, equi-
ualet ꝙ nullus ſit hæres non obſt. tex. in. d. §. cum ita, q͂a cre-
doꝙ tex. ille deceperit iſtos doct. nã ibi fuit dictum ſi ſti-
chum & pamphilũ non dederis & ſic copulatiua eſt de-
eo, qđ eſt a parte ꝑdicati & negatiua opponitur ꝟbo qđ
ꝑcedit in cõſtructione ipſam copulatiuã igitur ſequitur
ꝙ licet quoad ſcripturã ſit poſtpoſita, quia tñ in conſtru-
ctione eſt ꝑpoſita facit ꝙ equipollebit ſuæ cõtradictoriç
& ſic diſiunctiuæ negatiuæ & conſequanter ſumit ex par-
ticulari nã ſicut negatio ꝑpoſita uniuerſali deſtruit illam
uniuerſalitatẽ & facit illã particularem & propoſita par-
ticulari facit illã uniuerſalẽ, ſic negatio ꝑpoſita copulati-
uæ faciet ꝙ non ſit amplius copulatiua ſed equipolleat
diſiunctiuæ & ꝑpoſita diſiunctiuæ ꝙ non ſit amplius diſ-
iunctiua ſed equipolleat copulatiuæ ut ſupra dixi cõclu-
ſio ergo erit ꝙ ſi ſit copulatiua negatiua in duabus ora-
tionib. ꝙ eo caſu erit uniuerſalis negatiua uniuerſalẽ ap-
pello quoad copulata ꝓut facit Bar. in. d. §. utrum ſi uero
copulatiua ſit in eadẽ oratione, & negatio ſit poſtpoſita
ut in hoc caſu ſi titius & ſeius hędes non erũt & tũc idẽ
q͂a ſtabit in ui copulatiuæ uniuerſalis, q͂a negatur actus
ꝟbi in iis omnib. ad quos refertur. Aut uero negatio eſt
ꝑpoſita & tũc dicetur particularis & equipollebit diſiun-
ctiuæ q͂a non negatur actus ꝟbi in his omnib. copulatis
ſed negatur concurſus copulatorũ qui concurſus deficit 101
ſi in uno deficiat & hoc ultimo modo poteſt ꝓcedere
opinio Imo. Alex. Card. Soc. & Mod. & ita loquitur tex.
in. d. §. cum ita & idõ ſi dictũ ſit, ſi non titius & ſeius ẽ hæ-
res erit particularis et equipollebit diſiũctiuæ. Circa ſecũ-
98 dũ caſũ qñ coniunguntur ꝑ ſignum uniuerſale et aduer-
te, quia appello ſignũ uniuerſale, qđ cõphendit oẽs il-
los, ad quos refertur ꝟbũ diſpoſitiuum & ſic ſi de duob.
agitur ambo, uterq;, neuter, quoad illos duos erũt ſigna
uniuerſalia ſicut omnis nullus & q̃libet & ſic qñ ſit dictũ
inſtituto titiũ & ſeiũ hæredes & ſi oẽs hæredes nõ erũt
uel ſi ambo uel ſi uterq; uel ſi q̃libet hæres non erit, uel
ſi neuter hæres erit & hoc caſu firma eſt concluſio Bart.
hic in ſi & omnium ſcrib. magis cõiterꝙ hęc conditio ſit
uniuerſalis nec poſſit in uno tñ uerificari, ſolũ Imo. hic
& Pollitus in d. ſuo tractatu dubitarũt q͂a uno non adeũ-
te uerificata fuit conditio, ſi oẽs heredes non erunt uel ſi
ambo hæredes non erunt, q͂a non oẽs ſunt hæredes nec
ambo ſunt hæredes. d. Ripa hic diſtinguitꝙ ſi ſit ſignum
mere collectiuũ ut ambo cũcti & uniuerſi & eo caſu uult
ꝙ ꝓcedat opinio Imo. & Pollit., ſi ꝟo ſit ſignũ qđ poteſt
ſtare collectiuæ & diſtributiuæ ut dictio oẽs ꝑdicti, & in
tráſcripti & ſimiles nã dictio omnis licet in ſingulari ſit
diſtributiua ut l. moſchis infra de iure fiſci, tñ in plurali ẽ
collectiua l. non diſtinguemus §. cum in plures ſupra de
arbitris. l. ſi ſeruus §. ſi plurĩũ ſupra ſi q̃s cautio & in. l. hoc
arti. ubi Bar ſupra de hęred. inſt. & hoc caſu uult ꝙ ꝓce-
dat cõis opinio q͂a licet pluralis numerus ſui natura ſtet
collectiuæ tñ in caſu noſtro ſtabit diſtributiuę exquo ne-
gatio eſt poſtpoſita & facit æquipollere ſuæ contrariæ.
& iſta ſi oẽs hęredes ñ erũt equipollebit huic ſi nullus hę-
res erit ſed aduerte tu, q͂a idẽ ut in dictione oẽs ꝙ in di-
ctione ambo ꝓut ẽ tex. in. l. ſi ſeruus §. ſi plurĩũ ſupra ſi q̃s
cautio. ubi uno ñ dato uerum ẽ oẽs nõ ee datos, & ſic ue-
rificatur in uno illa collectiua negatiua, idõ hęc ſi oẽs hæ-
redes non erunt uerificabitur tñ uno & ꝑ illum tex. uide-

tur confundi iſta cõis concluſio Bar. & aliorum. Iſtis tñ
non obſtantib. concluſio Bar. & cõis eſt ꝟa ꝙ ſiue dicat
ſi ambo ñ erũt hęredes uel ſi oẽs non erunt hęredes uel
ſi q̃libet, uel ſi uterq; uel ſi utriq; ꝙ uno non exiſtente hę-
redes non poſſit ꝟificari & ꝙ iſta ꝓpoſitio ſit uniuerſalis
non aũt particularis nã ſic ut iſta oẽs uel ambo ſũt hære-
des, eſt uniuerſalis ſic iſta oẽs uel ambo non ſunt hęre-
des erit uniuerſalis negatiua exquo negatio ẽ poſtpoſita
l. legimus §. an ergo & l. obligari ſupra de autho. tuto.
Bar. in d. §. utrũ in ſi. nã hic negat actus ꝟbi pęnes quoſ-
cunq; ad quos refertur ergo ut ut ſit ꝟa hæc uniuerſalis
negatiua requiritur ꝙ in quolibet uerificet non ob tex.
in d. §. ſi plurĩũ q͂a ibi ẽt eſt negatio ꝑpoſita in conſtru-
ctione, quis in ſcriptura ſit poſtpoſita quia dictũ fuit oẽs
ſtatos non ee ita ꝙ, l; oẽs, regitur a parte ꝑdicati ut dictũ.
fuit ſupra bene admitto, ꝙ ſi dictũ fuiſſet ſi non oẽs uel
non ambo uel nõ uterq; uel non q̃libet erũt hędes ꝙ hoc
caſu uerificaret in uno, & diceretur particularis nec dicet
aliquo caſu ſubſtõ facta collectiuæ ſed potius fcã in de-
fectũ collectiuæ affirmatiuç, q͂a facta in caſu quo falſũ ſit
ꝙ uterq;, uel oẽs, uel ambo, uel q̃libet ſint hæredes ergo
& in caſu in quo alter tñ non ſit hæres ſed ubi negatiua
ẽ poſtpoſita tũc dicet ſubſtõ fcã collectiuæ q͂a non fcã in
defectũ collectiuæ, ſeu uniuerſalis affirmatiuç ſed in caſu
quo uniuerſalis ſeu collectiua negatiua uerificetur. Non
obſt. ſi diceres, ꝙ q͂a ſit nomẽ collectiuũ, ambo, cũcti uel
uniuerſi tõ illi plures hñtur tanq̃ unũ corpus. l. interdũ
ſupra de hæredi. inſtit. l. ſi pater ſupra de uulg. l. ſi q̃s titio
ſupra de uſufru. accreſcen. & idõ ſicut ſi ꝟbũ affirmat actus
ꝟbi attribuit oĩbus ſimul non ſingulis ut ꝑ glo. & doct. in
l. ſi pluribus ſupra de leg. ii. ſic ſi ꝟbũ negatur actus uerbi
uidet auferri ab oĩbus cõtẽtis ſub nole collectiuo ſimul
non ſingulariter & ſic dũ dico ambo cũcti uel uniuerſi
non ſunt hęredes uideor auferre actũ ꝟbi ab oĩbus ſimul
non a ſingulis, idõ qñ non oẽs ſimul ſũt hęredes q̃uis aliq̃
ſint dici dẽt uerificata. Nã rñdet ꝙ quoties ſumus in ꝟer-
bo cuius actus conuenit cuilibet ſeparatĩ & diuiſim nõ ẽ
dr̃ia utrũ ſit nomẽ collectiuũ, uel diſtributiuum, ſed ſolũ
inſpicimus an ſit uniuerſale, uel non nã non ẽ dr̃ia inter
hęc duo q̃libet audit uel oẽs audiunt ut patet nec in his
duob. ambo audiũt uel uterq; uel cũcti uel uniuerſi audi-
unt ſeu legũt q͂a actus ꝟbi conuenit ſingulis de ſe, ſic nõ
ẽ dr̃ia utrũ dicamus ambo ſũt heredes uel utriq; uel oẽs
uel cũcti uel uniuerſi uel q̃libet ſunt hæredes exquo idẽ
ſẽꝑ ſignificat cũ actus ꝟbi ſingulis conueniat de ꝑ ſe nõ
coniunctĩ ſicut ergo ꝟbũ in affirmatiua iſta ambo ſũt hæ-
redes cũcti ſũt hęredes refert ad ſingulos idẽ eĩ ẽ, ſi illud
ꝟbũ neget q͂a auferet actus ꝟbi a ſingulis ſicut ſingulis at-
tribueret ſi foret affirmatũ & idõ ſtabit ſẽꝑ hoc caſu uniuer-
ſalr ut dixi & differentia inter nomẽ collectiuũ & diſtri-
butiuũ q̃ cõſtituit glo. & doct. in. d. l. ſi plurib. ꝓcedit qñ
actus uerbi poteſt intelligi ꝙ non ſingulis attribuatur,
ſed omnibus ſimul ut illo exemplo ambo trahunt trabẽ
uel quilibet trahit trabem uel ambo dent decem ut ibi
habetur non in eo caſu in quo actus uerbi non poteſt at-
tribui niſi ſingulis ut ſtatim dixi & ideo merito nec Bar.
nec doct. in hac materia faciunt differentiã inter nomen
collectiuum & diſtributiuum, ſed ſemper uolunt idem
eſſe dummodo utrunq; ſit uniuerſale & notabis illum
tex. in. d. §. ſi plurium quia ille tex. probat id, quod ſupra
diximus, uidelicet ꝙ licet in ſcriptura negatio poſtpo-
natur dummodo in conſtructione ueniat præponenda
habet eundem effectum ꝓut ſi expreſſe eſſet præpoſita.
¶ Tertio modo conductio poteſt cenſeri uniuerſalis,
99 & ita quod non uerificetur in uno, quando ſit indiffi-
nite concepta, puta ſi prædicti hæredes, non erunt
tum quia regulariter equipollet uniuerſali. l. ſi pluri-
bus ſupra de lega. ii. tum quia intelligendo prout uer-
ba ſonant in ſenſu plurali, requiritur quod in omni-
bus, ad quos refertur, uerificetur, & ita uult Barto. hic

dum opponit de.l.ſiquis. Non obſtat ꝙ de ꝓprio ſignificatu reſoluitur ēt in ſuas ſingularitates,ut ꝓbat tex.in.d.l.falſa.§.ſi.in uerbo oportet ut late ſupra dixi,nam ſol.ē ꝙ reſoluitur ex proprio ſignificatu ſi duplex diſpō,ſeu effectus quos reſpiciat ipſa pluralitas ſint expreſſi, & ex ꝟbis ſignificentur ita procedit tex.in.d.§.ſi.alias uero ſi ſit tantum unicum uerbū diſpoſitiuū nec debet illud neceſſario duplicari ex natura rerum,uel perſonarum ad quas refertur prout hic,tunc ex ꝓprio ſignificatu non poteſt reſolui in ſuas ſingularitates ut dixi ſupra in euidētialib. Ex pdictis ergo potes cognoſcere qñ conditio erit particularis & quando uniuerſalis qđ ab aliis non declarat & uidetur neceſſarium ꝓ reſolutione huius quæſtio.ſup quib.cogitabitis. Hactenus uidimus,ꝙ ubi ſit duplex ꝟbum diſpoſitiuū ꝙ ſignificabitur duplex ſubſtitutio,& ſic quoties conditio ſubſtitutionis, quæ refert ad oēs quib. facta ſit ſubſtō ſit particularis,ꝙ ſignificat duplex ſubſtō ex ꝟbis & dicetur ſeparatim facta ubi uero ſit unicū ꝟbū diſpoſitiuum & conditio ſubſtitutionis q̄ refertur ad oēs quibus facta fuit ſubſtitutio,ſit uniuerſalis, nec uerificari poſſet ex proprio ſignificatu in uno tantum tunc ſignificabitur unica ſubſtitutio & dicetur ſimul facta.

100 ℭ Supereſt,ut uideamus † an uulgaris dicatur facta ſeparatim an ſimul quando licet ſit unum uerbum diſpoſitiuum tamen dictū eſſet expreſſim quib.fieret ſubſtō uel quia hæredes ꝑ nomina ꝓpria uel ꝑ relatiuū uel ꝑ nomē collectiuum fuiſſent deducti in diſpoſitione ipſius uulgaris puta qa teſtator inſtitutis titio & ſeio dixit titio & ſeio ſubſtituo,uel quib.ſubſtituo uel utriq; uel cuilibet ſubſtituo primo caſu,quando dictum fuit titio & ſeio ſubſtituo uideretur dicendum,ꝙ ſit ſeparatim facta & ꝙ ſit duplex ſubſtitutio, nā illa copulatiua titio et ſcio ſubſtituo debet reſolui in ſuam ſolutam , uidelicet titio ſubſtituo, & ſeio ſubſtituo l. ſæpe infra de uerb. ſig. et dicit Barto. in.d.§. utrum, ꝙ ubi copulatiua ponitur inter duo ſubſtantiua, quæ ſtant . per ſe principaliter . tunc reſoluitur in ſuam ſolutam ideo ſequitur quod dicatur ſeparatim facta quia reſoluendo illam in ſuam ſolutam, duplicatur uerbū diſpoſitiuum ſubſtituo Bar.in.l.re coniuncti.col.v.uerſi.ſecundo principaliter quæro ſupra de lega.iii.& ideo Cor.in.d.l.pe.C.de impub.tenuit ꝙ ſi dictū eſſet titio & ſeio filiis meis ſubſtituo in pupillari ; ꝙ poſt mortem primi admitteretur ſubſtitutus & ſic ꝙ cenſeretur ſeparatim facta & ita intelligit tex.in.l.uel ſingulis ſupra de uulga.ſiquis Bal.in.l.i.ad ſi.C. de cond.inſer. & Alex.conſ.clxxv.col.ii.lib.v.tenuerint,ꝙ ſi eſſet pupillaris facta duob.filiis ſigillatim in diuerſis orationib. ꝙ tunc poſt mortē primi admitteretur ſubſtitutus & procedit tex.in.d.l.uel ſingulis ſi uero ſigillatim in eadē oratione licet uideretur ſeparatim facta tamen poſt mortē primi non admitteretur ſubſtitutus,ſi ſupeſſet ꝑſona quę ex pręſumpta mente illum excluderet utcunq; ſit ſentiūt ꝙ uideatur ſeparatim & ſigillatim facta ex ꝓprio ſignificatu ipſa ſubſtō immo in fortiorib. terminis tenuit Bal. in.d.l.pen.C.de impuberum ꝙ ſi ēt dictum tantū fuiſſet quibus ſubſtituo,ꝙ diceretur hoc caſu ſeparatim ſingulariter facta & ꝙ altero non exiſtente hærede admitti deberet ſubſtitutus,quia illa ſubſtō dicetur ſoluta,ex quo illud relatiuum quib.refert ſuas ſingularitates & habetur ac ſi propriorū nominum eſſet facta mentio, ut dicit idē Bal.poſt Pe.& Bar.in.l.ſi.C. de impuberum per text. in .l.antepe.§.lucius ſupra de lega.ii.ſequitur Ripa hic,reprobando ꝑ id Corn.in.d.l.pe.qui dicebat ꝙ ſi in uulgari inſtitutis titio & ſeio dictum ſit,eis ſubſtituo,ꝙ uno repudiante non ideo admitteretur ſubſtitutus , quia haberi debet ac ſi dictum fuiſſet titio & ſeio ſubſtituo,quo caſu iſta oratio eſſet ſoluta , immo uoluit, quod etiam ſi eſſet dictum,cuilibet uel utriq; ſubſtituo . quod hoc caſu reſolui debuiſſet in ſuam ſolutam & diceretur ſeparatim & ſingulariter facta.

ℭ Ego mō credo in uulgari ſubſtōne quoties ſit unicū ꝟbum diſpoſitiuū licet ſit dictum Titio & Seio ſubſtituo, ſiue ſolum quib.ſubſtituo,ſiue utriq;uel cuilibet ſubſtituo; nunq̄ dicatur ſeparatim facta,ſed ſimul Mouęor quia cū hic poſſit intelligi unica ſubſtō q̄ ſit cōis utriq; hæredi, & ſic q̄ cenſeatur facta in defectum primi gradus, ſequit ꝙ uerbū diſpoſitiuū ſubſtituo non referatur ad ſingulos inſolidum, quia ſtat concluſio in iure ꝙ ubi coniunctio ſit plurium perſonarū ſeu locorum & ſit unicum ꝟbum diſpoſitiuū,ſi ita pōt intelligi,ut ad coniunctos non referatur inſolidū,eo caſu non reſoluitur in ſuā ſolutā & cōiunctio dicetur facta in eadem diſpoſitione non in pluribus de locis ē tex.in.l.ii.§. ſi qs ita ſupra qđ certo loco, de ꝑſonis eſt tex.in.l.hmōi.§.ſi Titio in.l.ſi duob.§.i.cū infinitis concord.ſupra de leg.i. ſic ē in ꝓpoſito noſtro pōt intelligi,ꝙ ꝟbū ſubſtituo,non referatur ad ſingulos inſolidū,ſed ad oēs ſimul ideo inducit unica ſubſtō,non duplex,nec dicetur ſeparatī facta,ſed ſimul & tāto magis qa dū coniuncti plurib.ſubſtituit,uidet,ut dicit Bar.teſtōr illos plures quib. coniuncti ſubſtituit expſiſſe tanq̄ unū corpus.l.unica.§.his ita.C.de cad.toll.facit quia quoties oēs ꝑſonę hæredū inſtitutę in prio gradu nominatur,habere ac ſi ipſius gradus facta fuiſſet mētio,ut ꝑ Soc.poſt alios quos refert in.l.iii.§.filius col.i.ſupra de lib.& poſthu.& iō hoc caſu haberi dēt, ac ſi prio gradui facta ſit ſubſtō & in defectū primi gradus & ꝑpea non eēt opus ſoluere iſtā copulatiuā in ſuā ſolutā nec ꝙ duplicet uerbū diſpoſitiuū,& ita credo fuiſſe de mente cōiter ſcribē. dū abſolute dicūt,ꝙ ſi facta ſit uulgaris plurib.copulatiue uel ſimpliciter,requirit conditionē exiſtere in ꝑſona utriuſq;& ſic dicat ſimul fcā nō ſeparatī nā ꝑ diſtinguit an illa copulatiua ſit in extremo cōditionali an in extremo diſpoſitiuo.qđ mō ſit in pupillari,& in fideicommiſſaria,qñ ſimul,& qñ ſeparatī dicētur factæ,dicetur infra.

101 ℭ Circa ſcđm pricipale,†an uere ſint concluſiones Bar. quarū prima eſt,ut uidiſtis,ꝙ ſi ſeparatim plurib.facta ſit ſubſtō,in cuiuſcūq; ꝑſona exiſtat conditio habeat locū ſubſtō,ſequūtur oēs ſcriben.hic,& in.d.l.pe. & in.l.i.ſupra de uulg.& ita intelligitur tex.in.l.pe.ſupra de iniuſto rupto in.l.pater filiā.§.ſi.ſupra ad.l fal.ſcđm cōem intellectū in.l.ſi poſthumus.§.nā & cum duob. ſupra de libe. & poſth.cō ſatis conſtat ex iis , q̄ dixi in euidentialibus, nam cū ꝟba hoc caſu ſignificent duplicē ſubſtitutionē, & ille plures conditiones uel expreſſæ,uel ſubintellectę in ipſa uulgari qa tot ſunt conditiones,quot ꝑſonę hęredū.quib.ſit ſubſtitutio reſpiciāt diuerſos effectus.qa conditio,ſi ſeius hæres non erit,reſpicit ſubſtitutionē in ꝑſona Seii,conditio,ſi titius hęres non erit reſpicit ſubſtōnē in ꝑſona titii,ſequit ꝙ non requiratur concurſus,& ꝙ eo caſu non pōt haberi ꝓ una conditione,ſed ꝓ plurib.d.l.ſi hæredi plures ſupra de cond.inſt. & late dixi ſupra in euidentialib.& ex hoc habes non tm̄ ſi teſtator dixit,ſi titius hæres nō erit ſubſtituo & ſi ſeius hęres non erit ſubſtituo,uel ſi titius & ſeius hęredes non erunt ſubſtituo titio ſubſtituo & ſeio ſubſtituo,altero repudiāte in ꝑſona eius habebit locū ſubſtitutio,ſed ēt ſi dictū ſit,ſi qs hęres non erit,uel ſi non ambo,uel ſi non uterq;,uel ſi nō oēs hęredes erunt ꝑponēdo negationē eō eſt,qa hoc caſu ſemꝑ dicet cōditio ſumi ex particulari,non ex uniuerſo,nec iſta concluſio erit contra Bar.hic dū loquitur de ſubſtōne facta collectiuæ,qa in caſu noſtro,ſiquis nomen collectiuum ambo oēs uterq; & ſic de aliis ſit deductum in ſubſtitutione,tamē ipſa ſubſtitutio non dicetur facta ſub noīe collectiuo,nec collectiuę . quia dum dicitur ſi non ambo,uel ſi non oēs ſubſtituo dicetur ſubſtitutio facta in defectum collectiuæ affirmatiuę,quæ cum deficiat ex eo qa unus uel alter repudiat,ícirco dicetur facta particulariter,uel diſiunctiuæ, qa non eſt facta ſub conditione negatiua,in qua actus ubi negetur in quolibet contento ſub nomine collectiuo,ſed in ea negatiua , in qua actus

uerbi negetur in altero tantum & ideo nõ dicetur facta
ſub conditione negatiua,quæ ſtet collectiuæ, ſeu uniuer
ſaliter ſed ſub ea,quæ ſtet diſiunctiuæ , ſeu particulariter
caſus eſt in.d.l.ſi ſeruus.§ ſi plurium ſupra ſi quis cautio.
Idem dico,ſi dictum eſſet ſi non Titius & Seius erunt hę
redes,ut dixi ſupra nec hoc caſu , iſta concluſio diceiur
contra Bar.quia Bar.loquitur qñ ſubſtitutio fuit facta cũ
copula & illa ſubſtitutio eſt facta ſub conditione negati
ua.in qua actus uerbi negatur in quolibet copulato , ita
ꝙ copula retineat uim copulæ ſed iſta conditio negati
in caſu noſtro non negat actum ꝟbi in quolibet copula
to.ſed in altero tãtum ideo copula illa in actu negandi
ſtabit magis diſiunctiuæ & iſta ſubſtitutio potius dicetur
facta in defectum copulatiuæ affirmatiuæ , ꝗ in euentum
conditionis negatiuæ , quæ ſtet negatiuæ in quolibet co
pulato & negat actum uerbi in quolibet copulato, ſic di
co ubi eſſet facta ſubſtitutio alternatiuæ & illa alternati
ua retineret ꝓpriam naturam, prout quando in diuerſis
orationibus uidelicet ſi Titius hæres non erit,uel ſi Seius
hæres non erit ſubſtituo,uel in eadem oratione,negatio
tamen ſit poſtpoſita,quia dictũ ſit.ſi Titius uel Seius hæ
redes non erunt ſubſtituo dicta.l.ſi is qui ducenta.§. fin.
ſed ſi nõ ſtaret alternatiuæ ſed copulatiuæ, quia negatio
eſſet propoſita,& dictum fuiſſet , ſi non Titius uel Seius
erit hæres ſubſtituo nã tunc,quia erit ſubſtitutio facta in
defectum alternatiuæ affirmatiuæ , dicetur facta potius
ſub copulatiua negatiua,ꝗ ſub diſiunctiua negatiua quia
non aliter poteſt deficere affirmatiua diſiunctiua niſi uer
ificet copulatiua negatiua , Et ſi recte cogitabis,iſta oia
ſunt uera & probantur apertiſſime ex prædictis nec ſunt
102 contra mentem Bart.& antiquorum,Iſtud tñ † quod fuit
dictum in uulgari facta diſiunctiuæ, uidelicet ꝙ ſi in pſo
na cuiuslibet exiſtat conditio habeat locum ſubſtõ limi
tatur ut non ꝓcedat,qñ eſſet facta duob.filiis,eo quia ſũc
altero exiſtente hære excluderet ſubſtitutus ita limitant
cõiter doct.ut dicũt Alex.hic & ſeq.ant.pupillaris & So
ci.hic col.viii.uerſi.iii.limita. Fundat primo iſta cõis li
mitatio ꝑ tex.in.d.l.ſi is qui ducenta§.item ſi pr.Scdo qa
fauore filiorũ alternatiua debet reſolui in copulã.l.gñali
ter in prin.C.de inſt.& ſubſt.&.l.lucius ſupra de hære.in
ſtit.Tertio quis pſumit ꝙ teſtator uelit pferre filiũ extra
neo ſubſtituto.d.l.pe.& l.cũ acutiſſimi.C.de fideicõ. cõ
trariũ,ꝙ imo altero exiſtente hære admitti debeat ſubſti
tutus ꝗuis iſta alternatiua ſubſtõ ſit facta duob.filiis illius
teſtãtis,tenuerũt Imo.& Soc.hic & rñdent ad ea,ꝗ addu
cunt ꝓ cõi & primo ad tex.in.d.§ itẽ ſi pater , ꝙ ibi illa
alternatiua ſubſtõ non interpretat copulatiua ſpeciali fa
uore filiorũ,ſed qa pceſſerat inſtitutio alternatiua de ip
ſis filiis,ꝗ declarat ꝙ ſubſtõ facta alternatiue ipſis filiis de
beat reſolui in copulã ſicut pęnalis ſtipulatio declarat a
conuẽtionali pcedenti,ut dicit in.d.l.ſi is q ducẽta§. cũ
ita nã cũ alternatiua inſtitutio uocet unũ inſolidũ, neceſ
ſe ẽ,ꝙ altero adeunte deficiat ſubſtõ , cũ is q adiuit totũ
cõſequat & cõſequẽter ꝙ reſoluat in copulã ipſa ſubſtõ,
concepta ſub condõne alternatiua. Non obſt.ſi replicat
ſtes ꝓut dicebat Soc.in.d.§.itẽ ſi pater.ꝙ pęnalis ſtipula
tio põt declarari ꝑ conuẽtionalẽ,qa eſt acceſſoria, ſecus
in ſubſtõne uulgari,qa cũ ſit eq̃ principalis,ꝓut ipſa inſti
tutio,ut declarãt Bar.Bal.& alii in.d.l.iii.§. fi.ſupra de lib.
& poſth.ideirco non dẽt declarari ꝑ ipſã inſtõnẽ nã ſol
ẽ qa cũ ſit neceſſe,uel ꝙ ſubſtõ declaret inſtitutionẽ , ut
non uideat qlibet inſolidum uocatus ubi unus ſolus uel
let ſuccedere ꝓut ẽ de natura alternatiuę inſtõnis.l.ſi ita
ſupra de lib.& poſth.l.clemens ſupra de heredi.inſti. l.ſi
ex toto.§.i.ſupra de leg.i.aut uero neceſſe ẽ,ꝙ inſtõ de
claret ſubſtitutionẽ,ne habeat locũ altero tm̃ exiſtẽte hę
rede ꝗuis de natura ſui habuiſſet locũ,iõ potius dẽt de
clarari ſubſtõ ꝑ inſtitutionẽ ꝗ econtra,qa licet habeamus
ꝙ ſubſtõ nũꝗ alteret naturã inſtitutionis. l.ſi.§.i.uerſi. ꝙ
ſi puer ſupra de uulga. habemus tñ ꝙ inſtitutio impedit
ne ſubſtõ poſſit habere effectũ,quoad poſſit eſſe locus il
li inſtituto .l.ꝗdiu in pria ſupra de acq.hæredit.& iſtũ in
tellectũ dedit Bar.ad tex.in.d.§.itẽ ſi pater, ex quo ſequi
tur,ꝙ ſi qs inſtituiſſet poſthumũ filiũ ſeu filiã extranei et
ſubſtituiſſet alternatiuæ,ꝓut ibi,ꝙ tñ ꝓcederet deciſio il
lius tex.& haberi dẽt,ac ſi eẽt ſubſtõ facta ſub conditione
copulatiua. Alex.tñ impugnat hãc ſol qa illa alternatiua
inſtitutionis,cũ ponat inter pſonas honoratas debet re
ſolui in copulã.l.cũ qdã.C.de uer.ſig.& licet Soc.hic rñ
deat uno mõ uidelicet, ꝙ iõ ibi nõ reſoluitur in copulã
qa ponit inter pſonas honoratas reſpectu futuri euentus
iõ ante illũ futurũ euentũ & ſic anteꝗ naſcat,nõ reſoluit
in copulã tñ iudicio meo melior ſol.ẽ,ut dicamus,ꝙ ita
demũ ꝑ.l.cũ qdam alternatiua poſita inter duas pſonas
honoratas dẽt reſolui in copulã,ſi uterq; uult admitti ad
cõmodũ relicti qa eo caſu,quo uterq; uult conſequi reli
ctum teſtator uidetur utrũq; uocaſſe copulatiuæ, ſed ubi
unus tm̃ uult admitti is tm̃ uidet uocatus,non alter & al
ternatiua ſtat in ſui natura,ita ẽ tex.ibi in.d.l.cũ qdam in
his ꝟbis,ut unũ inducat licet aliũ non expellat & in exẽ
plo,qđ dat de interdicto,qđ ui aut clã, nam ſicut eo caſu
ſenſus eſt,ꝙ detur interdictũ ex capite,qđ ui,ſi ui tantum
factũ ſit ex capite,qđ clam,ſi clã ſolum factũ ſit,ſi & clam
& ui factum ſit,ꝙ detur ex utroq; capite,ita ꝙ ſolum ſta
bit copulatiuæ in caſu quo concurrant,ſic in caſu quo te
ſtator dixit,inſtituo Titium aut Seiũ Titiũ inſtituo, ſi ſo
lus Titius uult ſuccedere Seiũ.ſi Seius uult ſuccedere & ſi
uterq; uelit ſuccedere,utrunq; inſtituo,adeo ꝙ ſolũ caſu
quo concurrunt uideri poſſunt copulatiuæ inſtituti, ſed
ubi non concurrunt,uideri debent alternatiuæ inſtituti,
& ideo infero,ꝙ ẽt ꝙ duo ſiue filii ſiue extranei iam na
ti,fuiſſent inſtituti alternatiuæ, ꝓcederet tñ deciſio illius
tex.ut altero tm̃ adeunte excluderetur ſubſtitutus, prout
uoluit Bar.ibi & Imo.hic licet Alex.& Soc.hoc caſu ue
lint oppoſitum ex quo cum uterq; inſtitutus non concur
rat,ſed alter tm̃ uelit ſuccedere illa alternatiua non reſol
ueretur in copulam per tex.in.d.l.cũ quidam . Ad tex.in
d.l.generaliter in prin.& in.d.l.lucius reſpondent Imo.
& Soci.ut hic per eos. Quid debendũ ? Ego multũ dubi
103 to † de iſta cõi limitatione,qa nullus eſt tex.qui ꝓbet, ꝙ
ſpeciali fauore filiorũ alternatiua debeat reſolui in copu
lam nam tex.in.d.l.generaliter in prin.minime probat ,
ꝙ deciſio illius tex.procedat,eo quia alternatiua reſolui
tur in copulam,ſed tex .ponit aliam rationem in his uer
bis ut incertus ſucceſſionis morientis exitus uideatur
certo ſubſtitutionis uel reſtitutionis fine concludi , quæ
uerba licet ſint obſcura,non tñ poſſunt recipere, aliũ ſen
ſum ꝗ iſtũ uidelicet , ut incertus ſucceſſionis morientis
exitus,hoc ẽ incerta ſpes ſuccedendi illi defuncto ex cã
illius fideicommiſſi,uideatur concludi,hoc ẽ terminari,
ſub certo fine ſubſtitutionis uel reſtitutionis hoc eſt ſub
certa reuocatione illius diſpoſitionis , ſeu ſubſtitutionis
fideicõmiſſariæ & ſic ideirco reqritur ꝙ neutrũ ibi cõtin
gat ad hoc ut fideicõmiſſũ debeatur.qa ille conditiones
ſi ſine filiis,uel ſine nuptiis,uel ſine teſtamento deceſſerit
potius cẽſent adiectæ ad reuocationẽ fideicõ. ꝗ ad indu
cendũ fideicommiſſum,& ſic habetur ac ſi dictum eẽt ꝙ
fideicommiſſum deficeret ſi filios ſuſceperit aut nuptias
contraxerit ſeu teſtamentum confecerit & cum reuoca
tio ſit facta alternatiuæ neceſſe eſt ꝙ neutrũ fiat ad hoc
ut ceſſet reuocatio & fideicommiſſum debeatur , Ratio
uero cur ſint ſeu cenſeantur adiectæ ille conditiones po
tius ad inducendum reuocationem fideicõmiſſi ꝗ ad in
ducendũ fideicõmiſſum patet ex pluribus . Primo quia
actus qui reſultat ex defectu earum conditionum cenſet
potius ratio ſeu cauſa cur ſint adiectæ conditiones ꝗ ad
implementum dictarum conditionũ declaro illa condi
tio ſi ſine liberis,iõ cenſetur adiecta ex quo uoluit præ
ferre filios grauati illi fideicommiſſario.l. filiusfamilias
§.cum quis ſupra de lega. i.l. lucius ſupra de hæredit.

inſti.& ſic propter exiſtentiam filiorum,& actum qui re
ſultat ex defectu conditionis,reſultat cauſa & ratio. pro
pter quàm nolit fideicommiſſum deberi,non autem cen
ſetur quod defectus filiorum ſit cauſa & ratio conſtituen
di fideicommiſſum ſic in ea conditione ſi ſine teſtamen
to,nam ideo dicitur adiecta,non quia omiſſio teſtamen
ti ſit cauſa & ratio inducendi fideicommiſſum , ſed quia
hæredes teſtamentarios uoluit præferre fideicommiſſa
rio & ſic magis dicetur adiecta,quia confectio teſtamen
ti eſt cauſa,ſeu ratio cur nolit fideicommiſſum deberi ſic
in illa,ſi ſine nuptiis, nam defectus nuptiarũ minime po
teſt dici cauſa ſeu ratio inducendi fideicommiſſum ſed
ideo dicitur adiecta,quia contractio nuptiarum ſit cauſa
& ratio propter quam uelit fideicommiſſum retractari et
non deberi,quia uelit ea bona poſſe alienari libere pro
oneribus matrimonii & ideo duo neceſſario colligun-
tur primum quod quia conſtat iſtas conditiones eſſe ap
poſitas propter illum effectum qui reſultat à contrario
ſenſu ex defectu ipſarum conditionum, haberi debet ac
ſi illi effectus eſſent deducti in conditione , nam magis
conditio uerſatur circa effectum , propter quem conſtat,
quod fuerit adiecta, quam circa formam uerborum .l. ſi
ita liberis infra quando dies legati cedat & l. mulier in
prin.ſupra eo.l.ſi mater.C. de inſti.& ſubſti. & quæ no.
per docto.in .l.gallus .§. & quid ſi tantum ſupra de lib.et
poſth.dum communiter concluditur , quod omni caſu
quo conſtat aliquam conditionem fuiſſe adiectam tanꝗ
neceſſariam ad aliquem effectum poſſit impleri per equi
pollens,& ſic dummodo effectus ſequatur, dicetur con-
ditio adimpleta,quamuis non ſit adimpleta,iuxta formã
uerborum ſed tantum iuxta formam effectus, ꝓpter quẽ
conſtat fuiſſe appoſitam.Secundum quia iſti effectus pro
pter quos ſint adiectæ iſtæ conditiones fideicõmiſſo ma
gis conueniunt reuocationis illius,quam ad inducendũ
fideicom. ꝙ ideo faciant conditionem potius circa re-
uocationem fideicom.quam circa inductionem arg.eo-
rum quæ no.Bar.per illum tex.in l.fi.§. ſeio ſupra de le
ga.ii.in.l.ſeio.§.caio ſupra de fun.inſtr.in.l.iulius paulus
ſupra de cond.& demon.facit tex.in.l. quæ conditio ſu
pra eo.tit.de cond. & demon. & de hoc uidetur caſus
in.l.ſi peculium ſi.infra de ſta.lib.in his uerbis,non enim
contra uoluntatem teſtantis adimitur ei libertas nam ſic
expreſſe uult,q̃d illa conditio,ſi hæres eius non manumiſ
ſerit,ſit adiecta ad ademptionem libertatis datæ directo
in teſtamento. puta ſi manumiſſerit adimo , ad idem eſt
tex.in.l.ratum infra de ſolut.in his uerbis,cum de repel-
lendo legato quæreretur,exemplificando ut per glo.ibi,
quia ſit dictum.ſi hæres non dederit fundum,det decem
innuitur enim ex hoc,ꝙ per hanc dationem tractat hæ
res,ut legatum repellat. & ſic ꝙ hæc conditio ſit appoſi
ta ad repellendum non ad inducendum legatum, & iõ
uidemus ꝙ tex.in.l.ex facto.§.ſi qs autem ſupra eo.titu.
diſponit,ꝙ ubi pater grauatus, & filius eadem ruina de-
ceſſerunt, ita q̃d nõ apparet quis ſuper uixerit an hæres
grauatus,uel eius filius, quod cõditio fideicommiſſi di
cetur adimpleta,quia non apparet quod ſit defecta nam
neceſſario conſiderauit text. ꝙ dum non apparet filios
exiſtere certe non apparet adeſſe ratione propter quam
uelit fideicommiſſum reuocari,& ideo ceſſat reuocatio
fideicommiſſi & cõſequẽter fideicommiſſum procedit,
& ideo optime Bar.ibi quem ibi ſequuntur Ang.& Pau.
de Caſt.& idem Bar.in.l qui duos .§. cum in bello ſupra
de reb.dub.Pau.de Caſt.in l.ſi inter uirum eo.tit.de reb.
504 dub.Alex conſi.xx.in fi.lib.i.& conſi.xxix.lib.ii. † con-
cludunt ꝙ fundamẽtum intentionis hæredis grauati qui
uult excludere fideicommiſſarium eſt, ꝙ grauatus deceſ
ſit cum liberis.& ideo onus probandi , quòd deceſſit cũ
liberis,pertinebit ad ipſum, non autem onus probandi,
quòd ſine filiis deceſſit ſpectabit fideicommiſſario, quia
non eſt fundamentum ſuæ intentionis. Nam Bar.præ-

ſupponit quòd ſint adiecta propter reuocationem fidei
commiſſi & eum reuocatio ſit ad commodum grauati,
& fundamentum ſuæ intentionis, ideo tenetur probare
quòd is effectus interuenerit ꝓpter quem teſtator uelit fi
deicommiſſum retractare,nam ſi eſſent adiectæ ad indu
cendum fideicommiſſum onus probandi neceſſario ſpe
ctaret fideicommiſſario,& quia eſſet fundamentum ſuæ
intentionis quamuis eſſet negatiua ut notanter declarat
Bar.in.l.in illa infra de uerb.oblig.& ideo alias & bene
in rub.C.qui admitti defendebam opinionem eorum
qui tenebant ꝙ onus probandi tẽpus ſupereſſe non ſpe-
ctaret illi qui agnouit bono.poſſeſ.ex quo conditio tem
poris in decretali bono.poſſ potius eſt adiecta ad finien
dum,ſeu reuocandum decretalem, quam ad inducendũ
l.i.§.decretalis in his uerbis, tempore finire poteſt infra
de ſucceſ.edicto & ideo ſpectabit illi qui dicit illam eſſe
finitam ſeu retractatam ꝑ lapſum temporis,quamuis Bar
bat.& Dec.in.d.rub. uelint ꝙ ſpectet onus probandi illi
agnoſcenti,ſed non aduertunt ad hoc,& profecto neceſ
ſario debendum eſt,ꝙ iſtæ conditiones faciant fideicom
miſſum conditionale ſolum reſpectu reuocationis fidei
commiſſi,non circa exiſtentiam fideicommiſſi,nam ſi ſe
cus diceremus,ſequeretur ꝙ quia illæ conditiones,de qui
bus in.d.l.generaliter non poſſint deficere niſi ex facto
hæredis, quod ideo ſemper haberi debet pro adimple-
tis.l.iure ciuili ſupra de cond.& demon .l. iure ciuili in-
fra de reg.iur.debendũ eſt igitur ꝙ ex quo ſunt adiectæ
circa reuocationem fideicommiſſi . quòd ideo non poſ
ſunt haberi pro adimpletis ad inducendum fideicõmiſ-
ſum concluſio ergo erit,ꝙ quia illæ conditiones de qui
bus in.d.l.generaliter ſunt adiectæ potius,ex quo actus, 10
qui reſultat a contrario ſenſu uerborum eſt ratio & cau-
ſa contemplatione cuius uelit fideicommiſſum retracta
ri,& ideo ſint adiectæ propter reuocationem fideicom-
miſſi,magis quam ad inducendum fideicommiſſum. ꝙ
ideo cenſeri debet ac ſi alternatiuæ fuiſſent adiectæ ad re
uocationem fideicommiſſi,ut ſenſus ſit,ſi filios ſuſcepe
rit,uel nuptias contraxerit uel teſtamentum fecerit nolo
fideicommiſ.deberi & ideo ſi requiritur ꝙ neutrum fiat
non eſt quia alternatiua reſoluat in copulam,ſed quia il
le conditiones alternatiuæ uideri debẽt adiectæ ad reuo
cationem fideicom.non propter fauorem filiorum. ſed
quia actus propter quem ſunt adiectæ conueniunt reuo-
cationi fideicom.& ſic intelligi poteſt dictum Saly.in.d.
l.generaliter , dum dicit ꝙ ideo ibi requiritur ꝙ neutrũ
fiat,ex quo conditiones ſunt negatiuæ & in defectum al
terius conditionis inducitur unum in cuius exiſtentia p-
ſumitur ꝙ teſtator nolit fideicommiſſum deberi, uideli-
cet uel exiſtentia filiorum,uel contractio nuptiarum uel
confectio teſtamenti,ita ꝙ ſentit rationẽ eſſe,quia is tex.
loquitur de illis conditionibus negatiuis, quæ ideo ap-
ponuntur,quia in defectum ipſarum inducitur quoddã
propter quod teſtator uult fideicom. reuocari & ſic ma-
gis apponitur propter reuocationem fideicom. quã ad
inducendum fideicom.ſic dico ꝙ abſq; eo,ꝙ alternatiua
reſoluatur in copulam defendi poteſt deciſio Cuma. ꝗ
refert & ſequitur Soc.in.d.§.item ſi pater uidelicet quòd
ſi ſtatutum dicat,quòd ſi quis ſine patre uel matre deceſ
ſerit talis ſuccedat ꝙ ad hoc,ut is poſſit ſuccedere neceſ
ſe eſt ut ſine patre & ſine matre decedat nam deciſio eſt
uera , nec tamen alternatiua reſolui debet in copulam,
ſed ratio erit,quia ſtatutum in his uerbis ſi ſine patre uel
matre decedat non uoluit denotare rationem propter ꝗ
illi deferatur ſucceſſio , ſed magis uoluit denotare ratio
nem & cauſam propter quam uelit illum non admitti.
ſed excludi & ideo illa conditio ſi ſine patre & matre
cenſetur alternatiue adiecta ad excluſionem illius,ut ſen
ſus ſit ſuccedat talis & ſi ſuperſit pater, uel mater defun-
cta non ſuccedat & ideo ad hoc ut non poſſit ſuccedere
ſatis eſt quòd alter exiſtat,cogita ſuper ꝑdictis, quia cre-

do uera.& ex ipſis inferri poſſunt infinita quæ alias de-
duai in.d.§.utrum,quæ nunc nõ refero,quia ſunt extra
105 propoſitum materiæ noſtræ † Minus tex. in.d.l. lucius
probat ꝙ fauore filiorum alternatiua reſoluatur in copu
lam non enim ibi reſoluitur fauore filiorum ut commu
niter arbitrantur doct.ſed quia alias altera pars conditio
nia eſſet ſuperflua,declaro ibi ſubſtitutio fit ſub conditio
ne ſi frater meus hæres eſſe noluerit,aut (quod abomi-
nor) prius moriatur,quam meam hæreditatem adierit,
aut filium filiam ue non ſuſceperit,cum igitur ibi ſit ſub
ſtitutio uulgaris,neceſſe eſt,ꝙ illa conditio,ſi hæres nõ
erit,eueniat, quia ſi illa deficeret , ex quo inſtitutus eſſet
hęres neceſſario exipiraret illa uulgaris.l.poſt aditã .C.
de impuberum ſi igitur alia conditio,ſi filium aut filiam
non ſuſceperit,ſtaret alternatiue,eſſet omnino ſuperflua
quia exiſtentia illius primæ cõditionis,ſi hæres non erit
faceret quod eſſet locus ſubſtitutioni & defectus illius
primæ conditionis faceret,ꝙ ipſa ſubſtitutio deficeret,
adeo ꝙ idem eſſet ac ſi ſolum ſub illa conditione ſi hæ-
res non eſſet facta fuiſſet ſubſtitutio,ſecunda enim condi
tio nihil poſſet operari , quia licet exiſteret non tamen
eſſet locus ſubſtitutioni, ubi prima conditio deficeret,
quia eſſet hæres ille inſtitutus & licet ſecunda deficeret
non tamen deficeret ſubſtitutio.ſi alia conditio,ſi hæres
non erit,fuiſſet uerificata ſi ergo debet aliquid operari,
neceſſe eſt,ꝙ illa alternatiua fiet copulatiuæ,ut ſic ſi de-
ficiat ſecunda conditio,deficiat ſubſtitutio,non obſtan-
te,ꝙ prima exiſtat & ideo potuiſtis animaduertere , qđ
tex.in.d.l.lucius non dubitat,quin clarum ſit, qđ uti ſub-
ſtitutus non poſſit admitti,quia iam ex quo frater fuit hę
res,expirauerat ſubſtitutio, ſed ſolum dubitat an debeat
admitti tanquam cohæres& decidit quod non,quia fra
ter fuit inſtitutus ex aſſe,ſic uidemus ꝙ Pau.de Caſt.con
ſi.cxiiii.ſubſtitutio prædicta tenuit ꝙ ſi fiat ſubſtitutio fi
lio,ſi in pupillari ætate deceſſerit & ſine filiis exponi de
bet uel poſtea ſine filiis,quia alias illa conditio,ſi ſine fi-
liis.eſſet ſuperflua cum in pupillari ætate nõ poſſit filios
ſuſcipere & licet Soci.in.d.§.item ſi pater reprobet eo re
ſpectu quia illa conditio non eſſet ſuperflua in pupillo,
quia proximus pubertati poſſet filios concipere & gene
rare, tamen in hoc conueniunt ꝙ copulatiua reſolui de
bet in alternatiuam & econtra , alternatiua in copulã ne
alique pars conditionis ſit penitus ſuperflua , tenendo
igitur iſtam concluſionem quam puto ueram,quod ſolo
fauore filiorum alternatiua non reſoluatur in copulam
niſi plura alia concurrant indubitanter uera eſſet contra
ria opinio uidelicet ꝙ ſi eſſet facta ſubſtitutio uulgaris al
ternatiua duobus filiis,quod altero non exiſtente hære-
de admitti debuiſſet ſubſtitutus,ſed tenendo quod fauo
re filiorum reſolui debeat in copulam,prout eſt commu
nis concluſio, indubitanter etiam tenendum eſſet quod
hoc caſu in ſubſtitutione reſolueretur in copulam & al-
tero exiſtente hærede excluderetur ſubſtitutus,nec ſatiſ-
faceret hoc caſu ſol.Imo.& Soc.hic uidelicet ꝙ ideo in
d.l.generaliter reſoluitur in copulam , ex quo agitur de
auferendo totum a filio inſtituto ipſo inuito,quod iam
ſibi fuerat acquiſitum per aditionem hic uero agitur de
transferenda portione illius repudiantis, quæ nondum
fuerat acquiſita illi inſtituto in ipſum ſubſtitutum , nam
ultra quod non probatur hanc diuerſitatem caſuum poſ
ſe arguere diuerſam deciſionem circa deciſionem illius
alternatiuæ confunditur,quia in uulgari agi poteſt de au
ferendo partem iam acquiſitam illi inſtituto , nam dicit
facta etiam caſu quo alter filius decederet uiuo patre quæ
ſemper habet locum uulgaris ſiue inſtitutus nolit eſſe hę
res ſiue non poſſit ex quo præmoriatur teſtatori.l.gallus
in prin.ſupra de lib.& poſthu.l.cum proponas.C.de hæ
red.inſt.Barto.& Soci.in.l.i.circa tertiam ſpeciem uulga
ris partim tacite partim expreſſe ſupra de uulga.quo ca-
ſu iam ea iuſtate in uita patris omnia bona dici poterãt
quæſita illi filio qui ſuperfuiſſet, ex quo omnium dicere
tur quaſi dominus.l.in ſuis ſupra de lib.& poſthu. & ſic
quoad hunc caſum,quia tractaretur de auferendo partẽ
hæreditatis ſeu bonorum iam acquiſitam illi inſtituto in
uita patris ſui per mortem alterius fratris , debet reſolui
in copulam quia militat ratio.d.l. generaliter ergo etiã
quoad alios caſua debet reſolui ne diuerſimode illa al-
ternatiua determinetur.d.l.generaliter pręterea ibi in.d.
l. generaliter reſoluitur ſecundum communem intelle-
ctum,quamuis totum non auferatur ab inſtituto, nã in
ſubſtitutione fideicommiſſa.remanet legitima & trabel-
lianica filio grauato & in parte,quæ aufertur per ſubſti-
tutum remanẽt actiones directæ ſed in parte, quæ aufer
tur per uulgarem nulla actio remanet,nec quota detrahi
tur , igitur eſt maior ratio in fideicommiſſaria , quam in
uulgari .
106 ¶ Secunda concluſio Bar.eſt † ꝙ ſi ſit ſimul facta ſubſti-
tutio uulgaris pluribus inſtitutis,ꝙ uno tantum adeunte
excluditur omnino ſubſtitutus,quia requiritur quod cõ-
ditio exiſtat in perſona omnium.& dicitur ſimul facta ſi
ue ſimpliciter facta ſit.puta ſi prædicti hęredes non erũt
uel quibus ſubſtituo,uel copulatiuæ ſi Titius & Seius hę
redes non erunt,uel collectiuæ, ſeu uniuerſaliter,ſi neu-
ter hæres erit,uel ſi ambo,uel ſi omnes, uel ſi uterq; hæ
redes nõ erunt ſubſtituo uel dictum ſit,ſi nec Titius nec
Seius hæredes erunt,ut patet ex prædictis & iſta conclu
ſio Bart.in omni caſu & membro eſt communiter ap.pro-
bata & probatur concludenti ratione quando teſtator ſi
mul ſubſtituit,præſumptio eſt, ꝙ eo modo ſubſtituerit,
quia uelit conſeruare ius accreſcendi,nã dum plures con
iunctim honorauit teſtator,præſumitur ꝙ uelit illud in-
ducere.l.unica.§.his ita uerſi.hoc ita iam uariæ.C.de ca
du.toll.igitur præſumptio eſt,ꝙ uelit eſſe unam ſubſtitu
tionem de tota hæreditate , in caſu quo primus gradus
uacet & ceſſet ius accreſcendi , maxime cum uerba con-
ueniant,ideo apparet,ꝙ iſta pluralis conditio,cum reſpi
ciat hoc caſu unam ſubſtitutionem communem omni-
bus,non poſſit reſolui in ſuas ſingularitates.d.l.falſa .§.
fi.& quod ibi not.ſupra de condi.& demon.& hoc mo
do noluit deducere Barto.non eo modo,quo deducunt
docto.uidelicet ꝙ reſpiciat unum effectum , hoc eſt uo-
luntatem teſtatoris, quia per eam teſtatori ſucceditur in
eius hæreditate,nã ſi hoc modo uoluiſſet deducere Bar.
uerum eſſet ꝙ argumentum non probaret,& obſtaret ſi
mile de fideicommiſſaria ſubſtitutione,per quod docto.
in hoc primo fundamento reprobant Bar.& male.Secũ
do adducitur quia illa indiffinita ſi hæredes non erunt ,
debet equipollere uniuerſali.l.ſi pluribus ſupra de lega.
ii. & ideo requiritur quod nullus ſit hæres & hæc duo
fundamenta probant iſtam communem,in caſu quo ſim
pliciter ſeu indiffinitæ eſſet facta ſubſtitutio . Iſta etiam
concluſio communis in caſu quo dictum eſſet , ſi Titius
& Seius hæredes non eſſent probatur aliis duobus fun-
damentis.Primo per tex.in.l. quamuis.C. de impuberũ,
107 † & licet Alex.& communiter docto.in.d. penu. Alexa.
Imo.& communiter docto.hic dicant ꝙ tex.ille non pro-
bat,tamẽ iudicio meo ille tex.optime probat, pro cuius
inductione debes præmittere, ꝙ ita demum ſubſtitutio
facta duobus imparibus intelligitur facta eo caſu quo
utriq; potuit ſubſtitui,quando ſimul facta ſit ſecus quan-
do eſſet facta ſeparatim l.iam hoc iure uerſi.hoc itaq; ca
ſu ſupra de uulga.dum igitur tex.in.d.l.quamuis uult ꝙ
ſubſtitutio facta eo modo,ſi mihi Firmianus filius meus
& Elia uxor mea hæredes non erunt &c.intelligatur ſo
lum facta in caſu quo utriq; hæredum ſubſtitui potuit,
propterea ſequitur in conſequentiã ꝙ non intelligatur
ſeparatim,ſed ſimul facta igitur infertur ꝙ non reſoluat
dicta conditio in ſuas ſingularitates quia quando reſol-
uitur cenſetur ſeparatim facta.d.l.falſa .§. fin.& hoc mo-
do credo ꝙ noluerit inducere glo.& Bar.Secundo pro-

batur, quia hæc fuit conditio copulatiua, dum dicitur ſi Titius & Seius hæredes non erunt, igitur ſequitur ꝙ in utroq; debet uerificari.l.ſi hæredi plures ſupra de cond. inſti.l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit infra de uer.obl.Bar. in d.§. utrum & pro dicta communi concluſione in caſu quo dictum eſſet ſi neq; titius neq; ſeius hæres erit allegatur tex.in.l.ſi is qui ducenta.§.ſi.ſupra de reb. dub.

108 ¶Allegatur etiam tex.in.l.quidam teſtamento proculum ſupra de uulga.e uerum ꝙ quoad tex.in.d.l.quidã Imo. & Alex.hic dicunt.ꝙ uidetur probare contrariã opinionem nam licet ibi eſſet facta ſubſtitutio hoc mõ, ſi neq; florus neq; ſoſias hæredes eſſent tamẽ a contrario ſenſu innuit ꝙ ſi ſubſtitutio non fuiſſet facta in toto ſufficeret ꝙ conditio exiſteret in perſona unius, & licet ſaluando communem uno modo ad illum text.reſpondeat. Pau. de Caſt.hic alio modo Alex in.l.pen.alio Soci. in.d.l.i. ſupra de uulg.nulius tamen induxit illum tex. ut probet opinionem Bar.& communem. Propterea aduertendũ eſt quia ille tex. optime allegatur pro communi prout eum allegat Bar.in.d.l.i.Nam in text.illo eſt dubitatio, an illa quarta in qua fuerat proculus inſtitutus accreſcat quieto, an uero tranſeat ad ſubſtitutos, uidebatur dicendum ꝙ ad ſubſtitutos, quia erat uerificata illa conditio, ſi neq; florius neq; ſoſias quia neuter ipſorum fuerat hæres & re uera admittendi fuiſſent ſubſtituti. ſi illa copulatiua eſſet ſolum copulatiua ratione perſonarum, uidelicet ſi nec unus nec alius eſſet hæres tamen text. decidit oppoſitum & ratio deciſionis eſt, quia illa copulatiua debet intelligi de portionibus, uidelicet. ſi neq; portio floſi, neq; portio ſoſię eſſet agnita, ꝙ ideo requiratur ut in utraq; portione uerificetur & utraq; portio uacet & ratio rationis eſt, ꝙ quia in tertio gradu ſubſtitutionis diſtribuit hæreditatem in plures oncias, q̃ duodecim apparet ꝙ uelit totam hæreditatem eſſe uacantem, ut ſit locus ſubſtitutis dum igitur tex. ille uult ꝙ ubi eſt copulatiua portionum ꝙ debeat in utraq; portione uerificari p̃ſupponit etiam ꝙ quando ſit copulatiua perſonarum, ꝙ debet conditio exiſtere in utraq; & quando non poteſt aliter uerificari conditio ipſa ſubſtitutionis in utraq; hæcede, quam ſi utraq; portio uacet ꝙ dicetur ſubſtitutio facta in tota hæreditate & ideo altero tantum adeunte excluderetur ſubſtitutus illa ergo præſumptio quę ſumitur in illo text. ex eo quia ſubſtitutio fuit facta in toto non ſumitur ad excludendum ſubſtitutum contra naturam, & proprium ſignificatum uerborum, ſed ad declarandũ ꝙ illa copulatiua intelligi debet non tantũ de perſonis, ſed etiam de portionibus & quòd ideo non ſufficit ut uerificetur in perſonis, niſi etiam uerificetur in portionib. Contra iſtam communem concluſionem in quocunq; eius membro adducuntur per doct. plura quæ facile tolli poſſunt nam contra primum membrũ adducitur text. in.l.pen.ſupra de iniuſto rupto per quem tex. Ang. hic & Bal. in.d.l.pen. tenent contra communem in primo membro ubi fuiſſet dictum, quibus ſubſtituo & ſequitur Pa.hic, ſed uera eſt ſol.Bar.ad illum tex. uidelicet ꝙ ſubſtitutio ibi eſſet facta ſingulis hæredibus ſigillatim, ſeu ſeparatim, nec hic intellectus debet dici diuinatiuus, quia colligitur ex uerbis illius tex. in eo ꝙ præſupponit plures eſſe ſubſtitutos dum debet a ſubſtitutis noſtris non ſit exhæredatus, & poſtea præſupponit quòd uno ipſorũ hæredum non exiſtente hærede admittatur unus ſubſtitutus dum dicit in cuius locum ſubſtitutus ſucceſſit, nam ex his infertur, quòd unus ſubſtitutus datus ſit uni hæredi alius alteri, quod eſſe aliter non poteſt, niſi ſeparatim ſingulis fiat ut conſiderauit præceptor meus.d.Cur.in.d. l.pen.& Poſſ.in.d.tractatu ſubſtitutionum.

¶ Secundo contra hanc concluſionem adducitur tex.in l.ſi.ſupra de uulga.ſed ſol.eſt ut per Bar.ibi & Soci.in.d. l.i.ſupra de uulga.& Dec.in.d.l.pen.uidelicet ꝙ tex. ille loquatur in ſeruo duorum dominorum inſtituto inter quos non eſt locus iuri accreſcendi ex uoluntate defuncti l.& proculo ſupra de lega.ii. nec dicetur eſſe aliqua coniunctio teſtatoris, nam non dicentur coniunctim uocati, ſed diſiunctim & ſeparatim ut dicitur in.d.l.& proculo & l.qui hæredi.§.ſi duorum ſupra de condi.& demon.& licet ſit locus iuri accreſcendi in hæreditate inter dcõs dominos, quando non eſſet datus ſubſtitutus illi ſeruo l.ſi ſeruus communis extero ſupra de acqui.hæredi.tamen ius accreſcendi eo caſu non eſt ex præſũpta uoluntate teſtantis ſed neceſsitate legis, quia non poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus l.ius noſtrum infra de reg. iu. & nos loquimur quando duobus coniunctim & ſimul facta foret ſubſtitutio inter quos eſt locus iuri accreſcendi ex præſumpta mente defuncti, quod ius accreſcendi præſumitur teſtatorem uoluiſſe conſeruare dum ſimul ſubſtituit, ita Bar.hic dum dixit eſt enim alius cui ex uoluntate defuncti poteſt accreſcere, non obſtat etiam quod in contrarium adducebatur, uidelicet ꝙ pluralitas in hac uulgari debet reſolui in ſuas ſingularitates d.l.falſa.§.ſi.quia reſpondetur qđ contrarium procederet ubi reſpiceret diuerſos effectus, quod eſſet quando ſingulis ſingulariter uelit ſubſtituere ſeparatim ut ibi dicitur ſed in caſu noſtro reſpicit unum effectum, quia colligitur ꝙ uoluit communiter omnibus ſubſtituere in eadem ſubſtitutione non ſingulis ſingulariter. Non obſtat tex.in.l. lucius.§. caio infra eod. & in l.ſi.§.filium ſupra de lega.ſecundo, quia ſolutio eſt, ꝙ dicta iura loquuntur in fideicommiſſaria ſubſtitutione in caſu quo ceſſat ius accreſcendi, & ideo apparet ꝙ uoluit ſingulos per ſe grauare in ſua portione & in diuerſis fideicommiſsis non autem quòd uoluerit cõmuniter omnes grauare in eodem fideicommiſſo, & ideo reſpicit diuerſos effectus non ſic in uulgari, quia propter ius accreſcendi, quod teſtator præſumitur conſeruare uoluiſſe, dũ ſimul & coniunctim pluribus ſubſtituit, colligitur ꝙ uelit communiter omnibus in una ſubſtitutione ſubſtituere & quòd ſubſtõ ſit de tota hæreditate, non de diuerſis & ſeparatis portionibus ut ſupra dictum fuit.

¶ Non obſtat quòd ſubſtitutio ſit potentior, quam ius accreſcendi l.unica.§.in primo & §. pro ſecundo.C. de cad.toll, quia ſol.eſt clara, quòd hoc procedit ubi ſubſtitutio eſſet facta ſeparatim quia hoc caſu euenit caſus, & conditio ſubſtitutionis uno repudiante & una tantum portione uacante ſecus quando ſimul facta fuit quia nõ euenit caſus, ſeu conditio ſubſtitutionis niſi omnib. repudiantibus & uacante primo gradu hæredum, & ſic non poteſt dici ſubſtitutio potentior cum nundum ſit purificata eius conditio ut patet ex prædictis. Non obſtat etiã illud qđ contra communem in caſu quo facta eſſet ſubſtitutio ſub illa conditione, ſi Titius & Seius non eſſent hæredes adducunt communiter docto. uidelicet qđ iſta conditio ſi particularis, uerificetur in uno qa uno non exiſtentes hærede uerum eſt dicere Titium & Seiũ non eſſe hæredes.l.ſi is qui ducẽta.§.cũ ita ſupra de reb. dub. Nam ſol.eſt, qđ immò iſta conditio ſit uniuerſalis & nõ poteſt in uno uerificari uerum ad hoc ut uerificetur requiritur, qđ neuter ſit hæres ut dixi in illo articulo, quando conditio ſubſtõnis cenſeri debeat particularis & quãdo uniuerſalis & ſic poteſt dici de alia ſubſtitutione facta ſub conditione collectiua et uniuerſali declarando tamen ut ſupra dixi.

¶ Vltimo adducitur tex. in.d.l. quidam ſed ille text. ut ſupra induxi probat hanc communem concluſionem. Vera igit & indubitata eſt communis concluſio qđ ſiue ſubſtitutio ſit facta pluribus ſimpliciter puta quib. ſubſtituo uel ſub plurali conditione, uidelicet ſi prædicti hæredes non erũt uel ſub copulatiua conditione uel collectiua ſeu etiam uniuerſali dummodo ſimul quia ſic uniꝗ cum uerbũ diſpoſitiuum ꝙ requiratur conditionem exiſtere in perſona omnium ad effectum ut ſubſtitutio ha

beat locum. ſed hoc uerum eſt quando conditio erit copulatiua, ſeu uniuerſalis, unde caſu quo equipolleat disiunctæ, & particulari, prout quando negatio preponitur copulatiuæ, ſeu ſigno collectiuo & uniuerſali, hoc caſu non dicetur conditio copulatiua, ſeu uniuerſalis, licet adſit copulatiua, & ſignum uniuerſale, ſed dicetur diſiuncta, & particularis conditio, & cenſetur ſeparatim facta ſubſtitutio, & exiſtente conditione in perſona unius tantum admitteretur ſubſtitutus, ut ſupra declaratum fuit.

509 ¶ Limitatur iſta concluſio pluribus modis. † Primo in caſu quo teſtator prohibuiſſet ius accreſcendi inter eos quibus ſimul ſubſtituiſſet, ita Ang. & communiter doct. hic & iſta limitatio eſt indubitata Ratio eſt, quia hoc caſu conſtat teſtatorem in euentum ꝙ aliqua portio uacet uoluiſſe ſubſtitutionem habere effectum & ideo neceſſario erunt plures ſubſtitutiones & ille conditiones reſpicient diuerſos effectus, ex quo conditio, ſi Titius hæres non erit reſpiciet ſubſtitutionem in perſona, ſeu portione Titii conditio, ſi Seius hæres non erit, ſubſtitutionem in eiuſdem portione, ſeu perſona & ſic omni caſu idem erit ſemper. ꝙ in fideicommiſſaria.

¶ Secundo limitatur per Bal. in. c. ſi pater col. xiii. uerſic. quero de nno de teſta. in. vi. & per Iaſ. in. d. l. i. ſupra de uulga. uidelicet, ꝙ non procedat in pia cauſa pluribus ſimul uulgariter ſubſtituta ſed non placet iſta limitatio nec Ripæ hic, nec mihi, nam dum ſimul & coniunctim ſubſtituit ex eo colligitur, ꝙ uoluerit conſeruare ius accreſcendi inter ipſos hæredes quibus ſubſtituit, ſic quia uerba ſignificant unicam ſubſtitutionem tantum & adeſt ratio ſeu cauſa propter quam præſumi poteſt ꝙ teſtator uelit ſolum inducere unam ſubſtitutionem communem totę hæreditati & omnibus quibus ſit, non autem unam in qualibet portione & perſona ideo exiſtente conditione in perſona unius tantum, non debet admitti ſic enim non cenſeretur una ſubſtitutio communis toti hæreditati & omnibus hæredibus ſed plures ſubſtitutiones & una pro qualibet portione & perſona & quia præſumptio eſt, ꝙ ſi teſtator uoluiſſet ſubſtituere in diuerſis & diſtinctis ſubſtitutionibus non ſimul in una ſubſtituiſſet ſed ſeparatim in diuerſis orationib. uel particulariter ut in ſimili conſiderat tex. in. l. iam hoc iure ſupra de uulg.

¶ Tertio limitatur in caſu. d. l. ſi. in prin. Rationem ha-
510 buiſti ſupra quia cenſetur ſeparatim facta. † Sed dubitatio eſt, an prædicta concluſio procedat caſu quo teſtator duobus hæredibus ſimul ſubſtituit tertium cohæredem ſed ad hoc reſpódeo, ꝙ ſi ponimus caſus, ꝙ inter illos duos quibus facta fuit ſubſtitutio, eſſet locus iure accreſcendi, quia eſſent coniuncti. & ille tertius ſubſtitutus eſſet diſiūctus abſq; dubio procederet concluſio ſupra facta, quia dum coniunctim illis pluribus ſubſtituit, uidetur teſtator uoluiſſe conſeruare inter illos ius accreſcendi per quod præferebantur alii tertio ſubſtituto, nam procedunt omnes antedictæ rationes, ſi uero ponimus caſum ꝙ nullus ipſorum fuiſſet prælatus cohęredi ſubſtituto. & hoc caſu crederē, ꝙ exiſtente conditione in perſona unius admitti debeat ſubſtitutus, nam ſubſtitutio in caſu prędicto dicetur facta ad augēdum ius ſubſtituti & ſubſtitutus habet electionem, an uelit uenire ex ſubſtitutione, an ex iure accreſcendi Bar. in. l. re coniuncti col. x. in prin. ſupra de lega. ii. ergo uacante portione unius ſtatim erit locus ſubſtitutioni, ſi uelit ſubſtitutus illam habere ex ſubſtitutione.

511 ¶ Circa ſecundam quæſtionem, † quid in pupillari an facta pluribus requiratur ꝙ conditio exiſtat in perſona omnium & circa hanc Bar. & communiter doct. Primo concludunt. ꝙ ſi ſit facta ſeparatim, ꝙ in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio habebit locum ſubſtitutio, & ita intelligunt tex. in l. pater filiam. §. ſi. ſupra ad. l. fal. & l. uel ſingulis ſupra de uulga. quæ concluſio de plano procedit quando ſubſtitutiones ipſę, non ſolum quoad diſpoſitionem, ſed etiam quoad conditionem ſunt ſeparatæ in diuerſis orationibus, quia dictum ſit, ſi Titius in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo, & ſi Seius in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo & quando particulariter puta, ſi quis in pupillari ætate deceſſerit, uel alternatiuæ, poſito ꝙ illa non reſoluatur in copulam, tamen dubitatio eſt an procedat eo caſu quo licet ſubſtitutiones quoad diſpoſitionem ſint ſeparatim factæ, tamen conditiones ſint coniunctæ exemplum, quia dictum ſit, ſi Titius & Seius deceſſerint in pupillari ætate Titio ſubſtituo, & Seio ſubſtituo, uel ſi ambo, uel ſi uterq; uel ſi omnes deceſſerint in pupillari ætate, primo ſubſtituo, & ſecundo ſubſtituo, nam etiam hoc caſu ſubſtitutio dicetur ſeparatim facta, quia neceſſario ex ſignificatu uerborum colligitur duplex ſubſtitutio una in perſona cuiuslibet pupilli, ut diximus ſupra in uulgari. communis eſt, ut dixi, ꝙ ſemp ſufficiat conditioné exiſtere in perſona unius, nulla habita. diſtinctione an ſuper ſit alius, qui ex præſumpta mente teſtantis excludat ſubſtitutum & iſta opinio firmatur, quia cum ſit duplex ſubſtitutio ille conditiones, ſi ambo, uel ſi omnes &c. reſpiciunt diuerſos effectus, quia illa, ſi Titius reſpicit ſubſtitutionem factam Titio, alia uero, ſi Seius reſpicit ſubſtitutionem Seio factam, & ideo debent reſolui in ſingulares conditiones. l. falſa. §. ſi. ſupra de conditio. & dictum fuit ſupra in euidentualibus. & quia ſi ſecus diceremus, ſequeretur ꝙ quęlibet ſubſtitutio dicere-
511 tur facta ſub dulplici conditione uidelicet ſi Titius & Seius deceſſerit in pupillari ætate, & ſic intelligentur adiectæ alio modo, quàm ſint neceſſariæ contra l. iii. ſupra de lega. i. & l. in conditionibus. §. i. ſupra de cond. & demō. In contrarium uidetur caſus in. l. qui duos ſupra de uulga. quem tex. doct. ad hoc non allegant, nam in caſu illius tex. ſubſtitutio fuit facta ſeparatim duobus filiis impuberibus, ut præſupponit text. ille in his uerbis legata quoq; quia ſubſtituto eius filii, qui prior ab inteſtato deceſſit in irritum cecidunt, nam hęc uerba denotant, quod cuilibet ſit datus ſubſtitutus, unus primo, alius ſecundo. & ſic ꝙ ſit facta ſeparatim & tamen quia facta ſub illa cōditione, ſi ambo mortui eſſent, ꝙ non ſufficiat conditionem exiſtere in perſona unius, & illam conditioné non reſolui in ſuas ſingularitates, quinimmo uult tex. ꝙ decedentibus ipſis filiis ex ordine, quia in morte primi non eſt uerificata illa conditio, ſi ambo deceſſerint, ꝙ ſubſtitutio in perſona primi deficiat per defectum conditionis. Pro ſol. dic. tex. ille loquitur in hac conditione, ſi ambo mortui eſſent ſimpliciter adiecta, non reſtricta ad pupillarem ætatem, quæ propterea dicetur expreſſa alio modo, ꝗ inſit in pupillari & ideo quælibet pars conditionis reſpicit utranq; ſubſtitutionem pupillarem, unde ſequitur ꝙ non reſoluatur in ſingulares conditiones, ut dixi ſupra in euidentialibus, ſed concluſio communis procedit in hac conditione ſi ambo, uel ſi omnes mortui eſſent in pupillari ætate, quo caſu intelligitur expreſſa cōditio prout tacite ineſt in ſubſtitutione utriq; facta & propterea reſoluitur in ſuas ſingularitates & hæc ſolu. maniſeſtiſſime probatur ex iis quæ infra dicemus circa intellectum. d. l. qui duos, in illo articulo, an decedentibus illis filiis ex ordine utriq; ſuccedatur, an ultimo tantum.

512 ¶ Secunda eſt dubitatio. † an prædicta concluſio procedat, quando facta eſt mentio perſonarum in extremo diſpoſitionis, quia dictum ſit cuilibet, uel utriq; uel omnib. uel ambobus, uel Titio & Seio ſubſtituo, non obſtante ꝙ ſit facta ſubſtitutio pupillaris in eadem oratione, quia ſit unum tantum uerbum diſpoſitiuum, ſi eſſemus in uulgari prædicta dubitatio non procederet quia etiam hoc caſu diceretur ſimul facta, non ſeparatim, quia poteſt intelligi una ſubſtitutio quæ ſit communis omnibus, ad quos refertur uerbum diſpoſitiuum, ut dictum fuit ſupra in quæſtione de uulgari. ſed bene procedit in pupillari. quia non aliter dici poteſt facta iis omnibus, ad quos uerbum di-

ſpoſitiuũ refertur,quin in perſona cuiuſlibet ſit una ſubſtitutio diſtincta a ſubſtitutione alteri facta.&ideo uidentur ſignificari tot ſubſtitutiones,quot perſonæ quibus ſit & propterea haberi debet ac ſi ſingulis ſeparatim in diuerſis orationibus eēt facta. In iſto caſu ſunt opiniones inter docto.nam Corn in.d.l.penul.C.de impuberum tenuit ꝙ in iſto caſu habeatur ac ſi ſubſtitutio eſſet ſeparatim facta & ꝙ ideo omni caſu poſt mortem primi admittatur ſubſtitutus pro iſta opinione adducitur tex.in.d.l.uel ſingulis & in.d.l pater filiam.§.fi. quæ iura uidentur debere intelligi etiam in prædicto caſu. Adducitur ſecũdo quia in fideicommiſſaria ſubſtitutio, quando omnes ſunt grauati expreſſim habetur ac ſi omnes eſſent grauati in diuerſis orationibus,ita Imo.in.l quidam teſtamento ſupra de uulga.Alex.in.d.l.pater filiam §. fi.& in.d.l. ſi pater impuberes ſupra de uulga.& Soci. hic in articulo de fideicommiſſaria dum dicunt,ꝙita intelligi debet tex.in l.lucius.§.caio infra eo.& in.l.fi.§ filius ſupra de lega.ii. igitur idem debet eſſe in pupillari.quãdo expreſſim omnibus facta fuit.

¶ Contrariam opinionem tenuerunt Bal.in.l.unica.C. de his qui ante aper.tab.& Alex.conſi.clxxv.perſpectis uerbis teſtamenti uol.v.& d.Ripa hic nũ.cxix.nam uolunt ꝙ hoc caſu intelligatur ſimul facta,& ꝙ ideo poſt mortem primi non admittatur ſubſtitutus, ſi exiſtat perſona, quæ ex præſumpta mente excludat ſubſtitutum,prout dicetur in ſequenti concluſione. Adducunt quia ea ratione qua cenſetur ſimul facta quando facta eſt mentio perſonarum,quibus ſit ſolum in extremo conditionali,quando ſupereſt perſona,quæ ex præſumpta mente excludit ſubſtitutum,non obſtante ꝙ ſui natura intelligatur facta ſeparatim, idem etiam dicendum uidetur ,quando eſſet facta mentio perſonarum in extremo diſpoſitiuo . & ĩō licet pluribus aliis caſibus ſubſtitutio ſui natura intelligatur ſeparatim facta,ut in.d.§.caio & in .d.§. filium & in d.l.pen.tamen habetur pro ſimul facta quando ſupereſt perſona,quæ ex præſumpta mente excludit ſubſtitutum ut in text. noſtro ſecundum communem intellectum & in.d.l penul.& infra dicetur.ſed hoc fundamentũ parum concludit quia quando ſolum fuit facta mentio perſonarum in conditione neceſſario ex ſignificatu uerborũ non intelligitur duplex ſubſtitutio.ſed ſolum ex interpretatione,ut dixi ſupra in euidentialibus ſed neceſſario ex proprio ſignificatu intelligentur tot ſubſtitutiones, quot perſonę. quibus ſit ſubſtitutio quando ipſarum facta eſt mentio in extremo diſpoſitiuo & uerbum diſpoſitiuum ad illas expreſſe refertur , ideo difficilius hoc caſu contra proprium ſignificatum uerborum præſumi põt una tantum ſimul facta , quam in præcedenti caſu. Ad.l. uel ſingulis &.d.l pater filiam.§ fi.reſpondent ꝙ debent neceſſario intelligi in caſu quo eſſet facta ſubſtitutio ſingulis in diuerſis,& diſiunctis orationibus,quæ ſol.multũ uiolat dicta iura.Quid dicendum ? Dico ꝙ reſol.dependet ab hoc,an iſto caſu quando eſt facta mentio perſonarum in extremo diſpoſitiuo intelligi poſſit,ꝙſit una ſubſtitutio,quę ſit communis omnibus quibus facta fuit ſubſtitutio fauore perſonæ,quæ ſupereſt an ne , primo caſu dicetur ſimul facta,& procedet opinio Bal. & aliorum. Secundo uero caſu diceretur ſeparatim facta , quia ſi debet referri ſubſtitutio ad omnes neceſſario eſſent tot ſubſtitutiones quot perſonæ, ſi una non poſſet eſſe communis omnibus,nam cum expreſſim omnibus facta ſit ſubſtitutio non poteſt cadere illa interpretatio ꝙ intelligatur facta ultimo tãtum fauore perſonæ, quæ ſupereſt , ut interpretantur docto.in.d.l.pen.& in.d.l.ſi pater impuberes.& hic. Breuiter,ueritas eſt, ꝙ fauore ſuperſtitis intelligetur una ſubſtitutio.quæ ſit communis omnib.quia intelligetur fauore ſuperſtitis,non ꝙ ſit ſubſtitutio pupillaris in hæreditate filiorum,ſed ꝙ ſit ſubſtitutio in patris hæreditate,tanquam intelligatur dicta hæreditas uacare caſu quo ipſi decederent in pupillari ætate.&ideo idem erit ꝙ in uulgari,ut dictum fuit ſupra circa declarationẽ uerborum Bar.& propterea eſt ſol. ad argumenta . quæ adducuntur pro contraria opinione , nam ad primum dum dicebatur ꝙ intelligebantur tot ſubſtitutiones,quot perſonæ ad quas refertur uerbum diſpoſitiuum. Reſpondetur.ꝙ hoc procedit, quando non poteſt intelligi una ſubſtitutio,quæ ſit communis omnibus ad quos refertur uerbum diſpoſitiuum,ſecus ſi poteſt intelligi una tantum quę ſit communis omnibus .l ſi ſtirhum .§. ſtipulatio & quod ibi not.& l.pluribus. § primo infra de uerb.oblig. Ad l.uel ſingulis &.l.pater filiam.§ fi. reſpondetur ꝙ uiuente altero filio,cui facta fuit ſubſtitutio non poterunt procedere dictę.ll. niſi ſubſtitutio eſſet facta in diuerſis orationibus,ſeu particulariter,ut ſupra dictum fuit eo ꝙ contra ipſum fratrem ſuperſtitem non poſſet,ſubſtitutio ipſa cenſeri pupillaris,nec ipſe ſubſtitutus ſingulis. ut dictum fuit,ſed quando quilibet filius deceſſiſſet in pupillaris ætate,quia tunc fauor cuiuſlibet eſſet ꝙ illa ſubſtitutio,foret ſeu intelligeretur teſtamentum ipſorum filiorũ ſeu pupillaris ſubſtitutio , non eſſet differentia an ſeparatim in diuerſis orationibus, an expreſſim cuilibet in eadem oratione facta eſſet,quia cum neceſſario tunc intelligatur ſubſtitutio pupillaris in hæreditate filiorum &ſic facta cuilibet intelligetur ſingulis facta & procedet deciſio dictarum.ll.

113 ¶ Secundo concludunt docto.poſt Bart.ꝙſi pupillaris ſit ſimul facta pluribus,regulariter erit idem uidelicet ꝙ in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio admittitur ſubſtitutus ita Bar.& communiter docto.hic & in.d.l.pen.Ratio eſt quia reſpicit diuerſos effectus, nam reſpicit duplicem ſubſtitutionem unam in perſona cuiuſlibet pupilli, propterea debet reſolui in plures ſingularitates.d.l.falſa.§.fi.& quia confertur in id tempus, in quo ceſſat ius accreſcendi idcirco ceſſat ratio,ſeu cauſa, propter quam cẽſeri poſſit,ꝙ teſtator uelit eſſe unam tantum ſubſtitutionem,ideo debet admitti ſubſtitutus, ac ſi ſingulis eſſet facta ſubſtitutio prout in fideicommiſſaria.d.l.lucius.§.caio.d.l.fi.§.filium.

¶ Ampliatur dicta concluſio etiam ꝙ eſſet ſubſtitutio facta ſub nomine collectiuo,pura,quia dictum ſit.ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo,ita Bart. hic & ſequuntur communiter docto. Ratio eſt quia licet dictum ſit.ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo tamen ſubſtitutio cenſetur facta utriq; pupillo & propterea erit duplex ſubſtitutio,idcirco illæ duæ conditiones ſi uterq; deceſſerit &c.debent reſolui in ſuas ſingularitates.d.l.falſa.§.fi.aliter illa conditio diceretur expreſſa alio modo , quam tacite inſit,ſi non reſolueretur & ſi opus eſſet ꝙ conditio exiſteret in perſona unius,ad hoc ut ſubſtitutio admittatur in perſona alterius contra regulam,ꝙ conditio in dubio intelligitur adiecta eo modo , quo tacite ineſt l.iii.ſupra de lega.i l.in conditionibus.§.i.ſupra de condi.& demon & pro iſta ampliatione iudicio meo uidet caſus in.d.l.penul. nam dum ibi refertur ꝙ erat magna dubitatio apud Iureconſultos, an eo caſu quo dictũ fuiſſet ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo , illico poſt mortem primi admittatur ſubſtitutus.quamuis contra ſubſtitutum militaret illa præſumptio de qua in text. ergo ꝑſupponit. ꝙ ex natura ſubſtitutionis, in caſu quo ceſſaret pręſumptio prædicta fuiſſet admiſſus ſubſtitutus poſt mortem primi , non obſtante collectiuo. uterq; faciunt quæ diximus ſupra in euidentialibus & circa contrarium.d.l.pen.eſt uerum ꝙ Soci.hic in iii.concluſione poſt Fulgo.in.d.l.pen tenuit oppoſitum per tex. in.d.l. pen.dum dicitur ſubſtitutum non aliter admittendum, quam ſi uterq; in ea ætate deceſſerit.ſed eſt ſol.ꝙ in text. illo dubitatio eſt an ſubſtitutio admittatur in perſona & hęreditate primi filii,q deceſſit in pupillari ætate & tex. decit ꝙ non niſi uterq; decedat in pupillari ætate ꝓpte-

rea

rea quia tunc ſemper ſupereſt perſona fratris &c. ſed in
tex. illo non dicitur, ꝙ requiratur utrunq; decedere in
pupillari ætate, ad hoc ut ultimo ſuccedatur ex pupillari
quo tēpore non ſupereſt pſona nō obſtat, ꝓpria ſignifica
tio illius collectiui, uterq; quia reſpondetur, ꝙ illa quidē
requirit, ꝙ uterq; decedat in pupillari ætate, ad hoc ut
utriq; ſuccedatur ex pupillari, ſed non requiritur iſtud ad
hoc ut uni tantum ſuccedatur, quinimmo ex ſignificatio
ne interpretata, quæ ſumi debet ex natura ſubſtitutionis
duobus factæ & conditionum ut intelligatur expreſſe eo
modo, quo tacite inſunt. & ſunt neceſſariæ debet diuidi
in duas & admitti ſubſtitutus exiſtente conditione in pſ
ſona unius ut ſupra dictum fuit & per hoc infertur, ꝙ ue
ra ſit opinio communis, quæ eſt, ꝙ ſi in caſu. d. l. pen. pri
mus deceſſiſſet pubes, alius ſecundus impubes, ꝙ admiſ
ſus fuiſſet ſubſtitutus, nec obſtat ꝙ in caſu. d. l. pe. ſubſtitu
tio non ſit expreſſim facta in tota hæreditate. & ideo ui
detur ceſſare ratio tex. noſtri, quæ fundatur ex eo, quia
ſubſtitutio ſit facta in tota hæredita. quia ſol. eſt ut dixi ſu
pra in intellectu tex. noſtri idcirco in caſu text. noſtri re
quiritur, ꝙ ſit expreſſim facta in toto, ad hoc ut fideicō
miſſum relictum claudiæ cenſeri poſſit relictum a duob:
per ſe, in caſu quo eſſet reciproca ſubſtitutio, quia alias
ſolum uideretur ab ultimo relictum, ſed in caſu. d. l. pen.
quia aperte conſtat, ꝙ uerba important ꝙ utriq; facta ſit
ſubſtitutio, & ꝙ ſit duplex non una ſubſtitutio, propterea
non attenditur, & ſi expreſſe facta in tota hæreditate.
114 ¶ Limitatur dicta concluſio, †ut non procedat caſu quo
ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta mente excludat ſub
ſtitutum, ita Bar. hic & communiter docto. hic, & in. d. l.
penul. & in hac limitatione ſtat tota difficultas huius q̄
ſtionis. Nam circa hanc limitationem inſurgunt plures
dubitationes. Prima eſt, qua ratione ſuperſtes excludat
ſubſtitutum. Secunda eſt, an hæc limitatio procedat non
tantum in caſu quo ſubſtitutio ſit facta ſub nomine col
lectiuo ſed etiam quando ſimpliciter facta foret. Tertia
eſt, an procedat hæc limitatio eo caſu, quo perſona quæ
ſupereſt nolit uel non poſſit ſuccedere illi primo filio q
deceſſit in pupillari ætate, quarta eſt, an decedentibus fi
liis ex ordine, unus poſt alium in pupillari ætate, ſubſti
tutus ſuccedat ultimo tm̄, an uero ſuccedat cuilibet filio.
Quinta ē, qualis dēat eē pſona, q̄ ſupeſt ad hoc ut in hac
pupillari ex pſumpta mēte excludere poſſit ſubſtitutū.
115 ¶ Circa primum, † uidelicet qua ratione perſona ſuper
ſtes excludat ſubſtitutum, eſt aduertendum, quia ex de
claratione huius quæſtionis patebit intellectus ad om
nes ſequentes docto. communiter intelligunt, ꝙ ea ratio
ne excludat, quia fauore ſuperſtitis præſumetur ꝙ ſubſti
tutio ſit facta ultimo tantum, ita communiter docto. hic
& in. d. l. pen. & in. d. l. ſi pater impuberes & in. l. qui duos
ſupra de uulga. ſed iſta intelligentia nunquam mihi pla
cuit, quia hoc attento ſequeretur ꝙ illa conditio, ſi uterq;
in pupillari ætate deceſſerit, non intelligeretur expreſſa
eo modo, quo tacite ineſt. & eſt neceſſaria, quia ad hoc
ut habeat effectum ſubſtitutio in perſona ultimi, non re
quiritur ꝙ primus decedat in pupillari ætate, ſic etiam ſe
queretur ꝙ ſubſtitutio ipſa, non cenſeretur facta iis om
nibus, qui ſunt poſiti in conditione & ꝙ non diceretur
facta in portione utriuſq; contra not. per Bal. & Ang. in
l. lucius in glo. in ūbo hæreditaris beſſem ſupra de leg.
i. & no. per Bar. in. l. i. in. v. q. principali ſupra de uulga.
præterea ſequeretur, ꝙ iſta limitatio non poſſet procede
re caſu quo teſtator expreſſe dixiſſet utriq;, uel cuilibet,
uel ambobus ſubſtituo quia tunc expreſſe conſtat, ꝙ uo
luit ambobus ſubſtituere, non ultimo tantū & licet Cor.
in. d. l. pen. fateatur ꝙ hoc caſu non procederet iſta limi
tatio, tamen ut ſupra dixi communis opinio & uera eſt,
ꝙ etiam hoc caſu dicta limitatio procedat ideo ego cō
ſidero, ꝙ alia ratione ſuperſtes, qui ſit de liberis excludet
ſubſtitutum uidelicet quia eius fauore illa pupillaris ſub
ſtitutio non intelligetur ſubſtitutio in pupilli hæredita
te ſed in hæreditate patris, prout ſit quoties eſt utile filio
cui ſit. l. patris & filii & quod ibi not. ſupra de uulga. l.
Papinianus. § ſed nec impuberis ſupra de inoffi. teſta. gl.
in. l. ex tribus. C. de inoffi. teſta. prout in ſimili etiam con
ſiderat tex. in l. in ratione. §. quod uulgo, uerſi. cū in hac
parte iuri & §. ſi filio uerſi. ſed uerior ſupra ad. l. fal. & iō
intelligetur tanquam una directa ſubſtitutio facta in pa
tris hæreditate, quæ ſit communis utriq; pupillo, ut late
dictum fuit ſupra circa declarationem uerborum Bart.
& interpretando prædicto modo non inducitur aliquid
contra regulam. d. l. falſa. §. fi. & d. l. lucius. §. caio & d. l.
fi. §. filium, quia interpretario ſumitur, ꝙ illæ duæ condi
tiones, ſi uterq; deceſſerit, reſpiciant unum effectum, hoc
eſt unam ſubſtitutionem, quæ ſit communis utriq; pupil
lo intelligetur etiam facta iis omnibus, qui ſunt poſiti in
conditione, quamuis intelligatur una tantum in patris
hæreditate, quæ ſit communis utriq; ſic illa conditio di
cetur expreſſa eo modo, quo eſt neceſſaria, quia ad hoc
ut poſſit habere effectum ſubſtō in patris hēditate factā in
caſu quo tota hēditas patris, & primus gradus uacet per
mortem filiorum in pupillari ætate, neceſſe eſt ꝙ uterq;
decedat in pupillari ætate, quod etiam manifeſtius appa
rebit ex infra dicendis.
116 ¶ Circa ſecundam dubitationem † concluſio communis
eſt, ꝙ frater ſuperſtes excludat ſubſtitutum, non tantū in
caſu quo ſubſtitutio eēt facta ſub nomine collectiuo ſed
ēt qn̄ eſſet facta ſimpliciter. Adducunt docto. in argumē
tum. l. ſi is qui ducenta. §. item ſi pater ſupra de reb. dub.
& l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſis. Contrarium te
nuit Soci. hic, & dicit ꝙ Bar. in. d. l. penul. idem uoluit. ꝓ
ut ibi declarat Ang. ſed non eſt uerum, ꝙ Bar. ibi. uelit cō
trarium quia licet dicat, ꝙ ſubſtitutio pupillaris, quæ re
ſpicit diuerſos effectus, habeat effectum, quoties exiſtit
conditio in perſona unius, non tamen uult, ꝙ ſi ſupereſt
frater qui ex præſumpta mente excludat ſubſtitutum, ꝙ
admittatur, quia tunc fauore ipſius non interpretabitur
pupillaris ſubſtitutio, nec ꝙ reſpiciat diuerſos effectus,
ſed interpretabitur una directa ſubſtitutio in patris hære
ditate, quæ reſpiciat unum effectum, prout uulgaris, &
ideo non ſufficeret ꝙ conditio exiſteret in perſona unius,
ut idem Bar. dixit in. d. l. pen. prout ſupra retuli. & ꝑ ea, q̄
ibi dixi, maxime circa declarationem uerborum Bart. ap
paret ꝙ iſta concluſio communis ſit indubitata. Nam
quomodo admitti poteſt ſubſtitutus contra fratrem ſup
ſtitem, quia ſi dicatur ꝙ hæc ſit pupillaris ſubſtitutio fa
cta duobus & reſpiciat diuerſos effectus, & ꝙ ideo ſuffi
ciat conditionem exiſtere in perſona unius, ſuperſtes re
plicabit ꝙ ſubſtitutio ſibi facta non eſt pupillaris, ſed in
ſtitutio, ſeu ſubſtitutio directa per quam directo patri
ſuccedit in patris hæreditate, & ꝙ eo modo intelligi de
beat ſubſtitutio facta fratri prædefuncto, quia utraq; ſi
mul facta. l. iam hoc iure ſupra de uulga. & ideo quod ſit
una ſubſtitutio, & ꝙ reſpiciat unum effectum, ſeu unā pa
tris hæreditatem & idem in omnibus prout in uulgari,
& ꝙ ideo non poſſit admitti niſi in utroq; exiſtat condi
tio, & niſi per mortem utriuſq; uacet patris hæreditas in
totum ut ſupra declaratum fuit & patet ſol. ad omnia,
quæ contra communem adducit Soci. Nam primum ad
regulam ꝙ pluralitas debet reſolui in ſingularitates. d. l.
falſa. § fi. & l. ii. ſupra de condit. inſti. eſt ſol. ꝙ donec ſu
pereſt frater non intelligetur duplex ſubſtitutio, ſed una
tantum communis utriq; in patris hæreditate & ꝙ reſpi
cit unum effectum. Ad tex. in. d. l. pater filiam. §. fi. ſupra
ad. l. fal. eſt ſol. quia licet tex. dicat, ꝙ ubi ſubſtitutio ſit fa
cta duobus, ꝙ utriq; ſuccedatur. & ꝙ uterq; decedat teſta
tus non ideo tamen dicitur, ꝙ illico poſt mortem primi
admittatur ſubſtitutus, donec ſupereſt frater, quia donec
ipſe ſupereſt, non poteſt allegari contra eum, ꝙ ſit ſub
ſtitutio pupillaris facta duobus & quamuis poſt mortē

primi non admittatur illico ſubſtitutus tamen primus di
cetur decedere teſtatus ut infra dicam. Nõ obſtat ſi dicat
tur,ꝙ non repecitur teſtatorem uelle conſeruare ius legi
time ſucceſsionis inter filios,niſi qñ expreſſe ſubſtituit ul
timo .d.l.uel ſingulis , uel quando ſub nomine collecti
uo.d.l.pen. nam reſpondetur ꝙ prædicta procedunt qñ
quilibet filius decederet,ꝙ non diceretur uoluiſſe cõſer
uare ius legitime ſucceſsionis niſi caſu quo ultimo tantũ
facta ſit ſubſtitutio.&ita procedit.d.l.uel ſingulis,ſed om
ni caſu quo unus tm̃ decedat impubes, & alter ſuperſit ,
qui decedat pubes,ſemper præſumetur uelle conſeruare
ius legitime ſucceſsionis, ratio eſt quia eo caſu non põt
interpretari,ꝙ ſubſtitutio ſit facta cuilibet eorum nec ſin
gulis contra illum qui ſupereſt ut ſupra dictum fuit,& ꝓ
pterea ꝙ non ſumus in caſu.d.l.uel ſingulis, & hoc mani
feſtiſsime probatur in.d.l.pen.nam in d. l. præſupponit
ꝙ ſi ſuperſtes decedat in pupillari ætate,ꝙſubſtitutus ſuc
cedat primo, qa de ſubſtitutione primi ſolum eſt dubita
tio in tex.illo,& ſic præſumptio eſt,ꝙ nolit eo caſu con
ſeruari ius legitime ſucceſsionis in hęreditate primi filii
ſed ubi ia qui ſupereſt,decedit pubes, uel adhuc ſupereſt
tunc præſumptio eſt ꝙ uelit conſeruari,quaſi nolit ſubſti
tutionem habere effectum niſi poſt mortem utriuſq; nec
eſt differentia,an ſit facta ſub nomine collectiuo,uel alio
modo ſit facta ſubſtitutio,quia donec alius ſupereſt,ceſſa
bit ſemper ratio.d.l.uel ſingulis,quia cõtra eũ non põt
allegari,ꝙ ſingulis ſit facta.

117 ¶ Circa tertiam dubitationem , † an prædicta limitatio
ceſſabit omni caſu quo frater ſuperſtes non poſsit ab in
teſtato ſuccedere primo, uel nolit ſuccedere fratri ꝑmo
rienti,ſunt opiniones,nam primo caſu,uidelicet qñ non
poteſt ſuccedere,communis eſt pro ſubſtituto , ꝙ illico
admittatur,ita Bald.Fulgo.Pau.de Caſt.Alex.&commu
niter alii in.d.l.pe.ut hic refert Soc col. vii. Alex.conſil.
xcii.ſuper eo dicto quo quæritur uol.ii.Soc.conſi.xciiii.
pro clariori libr.iiii.Abbas conſi.lviii.lib.ii.Coc. conſil.
cclxxvi.niſo teſtõ lib.iii.Pau.de Caſt.conſi.cclx.quamuis
contrarium teneant Pau.de Caſt.& Soc.hic per multa de
quibus hic per eos.Communis opinio eſt uera,quia ſub
ſtitutus habet regulam pro ſe, quæ ſemper procedit om
ni caſu quo illa intelligitur pupillaris facta utriq; pupillo
quia nunq̃ eo caſu intelligi poterit,ꝙ mors ſecũdi faciat
conditionem in ſubſtitutione facta primo ut ſupra dictũ
fuit,ſolũ obſtat ſubſtituto,quia frater ſuperſtes poteſt alle
gare,ꝙ non ſit duplex ſubſtitutio,ſed una in patris hære
ditate q̃ ſit cõmunis utriq; qa in eius præiudicium non
põt intelligi,ꝙ ſit pupillaris utriq; facta ut ſupra dictum
fuit,ſed quia frater non poteſt ſuccedere , & contra ma
trem,&quoſcunq; alios qui uellent ſuccedere primo põt
allegari ꝙ ſit pupillaris facta duobus,ſequitur ꝙ nulla ſit
ratio,q̃ poſsit excludere ſubſtitutũ , & quare non debeat
attendi natura ſubſtitutioni . Nõ obſtant quæ in contra
rium adducũtur,& primo non ob.id qđ dicebat Pau.de
Caſt.uidelicet ꝙ licet ꝑſumpta mens non ſit contra ſubſti
tutũ,ꝙ tñ ſit propria ſignificatio& ideo debet excludi.§.
affinitatis inſt. de nuptiis.l.liberorum.§.notãter ſupra de
iis qui not.infa.quia reſpondetur ꝙ immo pro ſubſtitu
to eſt ſignificatio uerborum,quæ ſumitur ex interpreta
tione,intelligendo ꝓba& conditionẽ ſecundũ eius natu
ram,uidelicet ut intelligatur expreſſa, prout ẽ neceſſaria
quę interpretatio præponderat ꝓprie ſignificationi.l.in
conditionib.§.i.ſupra de cond.& demon.l.iii. ſupra de
lega.i.Nec ob.aliud uidelicet ꝙ ex quo conditio mortis
ſecundi ſit poſita in conditione ad excludendũ ſubſtitu
tũ a ſubſtitutione primo facta,igitur debet excludere, ẽt
ꝙ non poſsit ſuccedere.l. filiusfamilias .§. cum qs ſupra
de leg.i.Nam reſpondetur non eſſe uerũ ꝙ faciat condi
tionẽ in ſubſtitutione primo facta quinimmo illa condi
tio,ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate intelligetur ex
preſſa eo modo , quo de neceſsitate ineſt ut ſupra dixi,

nec ob.ſi iterũ dicat,qđ ex quo frater ſuperſtes excludit
ex ꝑſumpta mente ideirco debet excludere, q̃uis nõ poſ
ſit ſuccedere,prout qñ excludit, qa faciat conditionẽ nã
hi duo caſus equiparantur, gl.in.l.lucius in.fin. ſupra de
hæredi.inſti.Reſpondetur quòd gl.hoc non dicit&q̃uis
non diceret,tñ non obſtaret, qa dicta equiparatio proce
dit caſu quo ſumitur dicta coniectura ex pręſumpta men
te,ſed ubi frater non poteſt ſuccedere,non ſumitur dicta
interpretatio ſeu coniectura perq̃ excludi poſsit ſubſtitu
tus.& ideo ſequitur ꝙ ubi illi duo,quibus eẽt facta ſubſti
tutio,eſſent coniuncti ex uno latere tm̃ & ſuper eſſet ma
ter primi filii defuncti, qđ ſubſtitutus admitteretur , quia
in ſucceſsione inteſtati mater excluderet illum fratrẽ ſu
perſtitem authen. defuncto.C.ad tertul.&ſimiliter ſi ſup
eſſet alius frater, cui non eſſet facta ſubſtitutio , qui eſſet
coniunctus primo ex utroq; latere. nam præfertur alteri
fratri ſuperſtiti,cui erat facta ſubſtitutio cõiuncto ex uno
latere tantum,authen.ceſſante.C. de legit. hæredi.quòd
ideo admitteretur ſubſtitutus poſt mortẽ primi , ut per
Pau.de Ca.in.d.l.pe.Cor.in conſ.cccxxx.placet lib. iiii.

118 ¶ Sed iuxta iſtam concluſionem inſurgit dubitatio,† ui
delicet quo tẽpore debeat adeſſe mater, q̃ præfertur fra
tri ſuperſtiti , ad hoc ut ſubſtitutus admittatur exiſtente
conditione in ꝑſona primi.an ſufficiat quòd exiſtat tem
pore quo primus pupillus deceſsit,an uero requiratur ꝙ
exiſtat tempore quo ſecundus efficitur pubes docto.hoc
non declarant.Ego multum dubito,dico tñ quòd reſol.
depẽdet ab alio articulo uidelicet an decedente uno poſt
aliũ in pupillari ætate ſuccedat ultimo tm̃,an utriq; nam
ſi primo ſubſtitutus non ſuccedit,quia illico frater ſuper
ſtes ſibi ſuccedit ab inteſtato(qđ tenuerunt plerią;)nam
ſtatim attenta iſta opinione in morte primi defertur hæ
reditas & ſuccedi poteſt inſpiciendum erit eo tẽpore an
ſit potentia ſuccedendi ab inteſtato.l.in delictis.§.in ex
traneis ſupra de noxa.Si tenemus quòd cuilibet hoc caſu
ſuccedat ſubſtitutus(qđ tenuerunt Bar.& Dy.& ẽt uerius
eſt ut infra dicetur) tunc quia præſupponimus quòd ſuc
ceſsio primi non illico deferatur, ſed ſtet in pẽdenti do
nec frater ſuperſtes uel ſiat pubes , uel decedat impubes
quia fauore fratris ſuperſtitis intelligitur una tãtum ſub
ſtitutio,quæ ſit communis utriq; pupillo,ſub illa condi
tione,ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate , & ideo non
dicetur extitiſſe cõditio donec dubium eſt, an alius mo
riatur in pupillari ætate,uel ne,& antea, fauore ſuperſti
tis,non dicetur delata hæreditas illius primi qui deceſsit
ſed quod ſolum deferatur tempore quo certũ erit an in
perſona ſecundi exiſtat,uel deficiat conditio , ideo tunc
temporis ſatis erit qđ adſit potentia ſuccedendi ab inte
ſtato in fratre ſuperſtite, & iõ ſi tẽpore quo moritur pri
mus pupillus ſuperſtes ẽ ẽt pupillus, q̃uis mater ſuperſit
tunc non illico debet deferri ſubſtituto ſucceſsio primi ,
qa adhuc ſuperſtes põt dicere ꝙ debet intelligi una ſub
ſtitutio cõis utriq;ad ſimilitudinẽ uulgaria nõ ẽt põt de
ferri matri , quia ſpes eſt, quòd poſsit habere locũ cauſa
teſtati,unde ſi mr̃ decedat anteq̃ alter ſiat pubes, tunc qa
frater poteſt eo tempore ſuccedere,quo tempore dicetur
deficere conditio,ſufficit ꝙ eo tempore ſit proximior,ar
gu.l.ſi quis filio exhæredato in prin.&.§.primo ſupra de
iniuſto teſta.& .l. ſcripto infra unde liberi,ſi uero mater
extabit tunc, quando efficitur pubes adeo ꝙ non poſsit
ſuccedere primo,declarabitur quòd a principio fuit pu
pillaris,& quod ſufficiebat conditionem in uno uerifica
ri,& quod a principio fuit delata hæreditas ſubſtituto ,
cogitandum eſt tamen,quia alii non declarant.

¶ Quo uero ad ſecundũ caſum qñ frater ſuperſtes nol
let ſuccedere ſunt opiniones: Nam Cuma. quem refert,
& ſequitur Soci.hic,uerſi.poſtremo quærit,tenet ꝙ ſubſti
tutus admittatur,qa ſicut admittitur caſu quo non poteſt
ſuccedere frater ſuperſtes,ſic ẽt quando non uult ſucce
dere,allegat etiam Soci.deciſionem Bart. in l.i.in fin. in

iiii.& v.q.infra de coniungen.cum emancipa. lib.eius. ubi concludit ꝙ ſi filia ſit excluſa per ſtatutũ a ſucceſſione patris propter exiſtentiam maſculi, caſu quo maſculis repudiaret hęreditatem patris admitteretur filia, ſed hoc ultimum fundamentum nihil eſt, quia tunc filia admitteretur ex ſucceſſorio edicto, tanquam proximior in gradu ſuccedendi poſt filium, quod nõ eſt in caſu noſtro quia ſubſtitutus non põt uenire ex ſucceſſorio edicto, cũ cauſa teſtati non ſuccedat poſt cauſam inteſtati. Contrarium tenuerunt Alex.& Dec.in.d.l.pen. qui concludunt ꝙ licet caſu quo frater ſuperſtes non poſſit ſuccedere, admittatur ſubſtitutus, aliud tamen ſit, quando nollet ſuccedere, adducunt not.in.d.l.filiusfamilia.§. cum quis ſupra de lega.i. Sed ad illum tex.eſt ſol. ꝙ non eſt uerum, ꝙ mors ſecundi faciat conditionem in perſona primi, caſu quo ſubſtitutio intelligatur facta utriq; pupillo, ut ſtatim dixi, ſed ſolum in caſu, quando intelligitur facta ultimo tantum ut intelligebant doct. uel ſecundum Nos ſolum in caſu quando intelligitur una tantum ſubſtitutio in patris hæreditate, quæ ſit communis utriq;. Adducunt ſecundo tex.in l.qui duos ſupra de uulga. ſed ſol. eſt ex iis quæ infra dicemus circa intellectũ.d.l. ad .l.pe. eſt ſol. ꝙ non dicitur ibi. ꝙ frater ſuperſtes repudiaſſet ſucceſſionem primi. Eſt uerum ꝙ.d.Ripa dicit, ꝙ immo neceſſe ẽ intelligere, quòd in illo tex. frater ſuperſtes repudiaſſet, nam tex.uult ꝙ altero etiam decedente in pupillari ætate ſubſtitutus ſuccedat primo. quod eſſe non poſſet, niſi ſuperſtes repudiaſſet ſed dum ipſe dicit quòd in.d.l.pen. ſuccedatur cuilibet, bene dicit, ſed dum dicit quòd non poſſit ſuccedere cuilibet, niſi caſu quo ultimus repudiaret hæreditatem primi male loquitur, quia eo caſu quo ultimus decedat in pupillari ætate ſemper intelligetur ſubſtitutio facta utriq;.

Quid dicendum? prima opinio eſt uerior rõ eſt qa ex natura ſubſtitutionis, & intelligendo ꝙ ſit pupillaris facta a duob. ſemper admitteretur ſubſtitutus exiſtente cõditione in pſona, unius, ut ſæpe dictum fuit ſolum poteſt excludi. quia in priuilegium fratris ſuperſtitis illa ſubſtitutio non intelligetur facta duobus, ſed ultimo tantum, ſeu ꝙ non ſit duplex, pupillaris, ſed una tantum in patris hæreditate, quæ ſit cõmunis utriq; igitur ſequitur ꝙ iſta interpretatio ſolum poteſt allegari per fratrem, non aũt per alium nedum per eius hæredem, cum ſit priuilegiũ perſonale.l.quia perſonale ſupra ſol.mat.de hoc eſt in ſimili deciſio Bart.in l.qui duos.§.ſi filio ſupra de reb.dub. & ideo ꝙ ſubſtitutus admittetur quotieſcunq; agit contra alium q̃ contra fratrem ſuperſtitẽ, quia nullus poteſt allegare ꝙ ſubſtitutus non admittatur, præterq̃ frater ſuperſtes, faciunt quæ in ſimili concludunt doct.in.l.precibus in glo.in uerbo omnino.C.de impuberum & in.l. centurio ſupra de uulgari, uidelicet ꝙ licet non poſſit allegari tacita pupillaris contenta ſub uulgari ad excluſionem matris, quòd tñ contra quoſcunq; alios, ad quos illa repudiante deuoluerer ſucceſſio filii ab inteſtato, poſſet allegari & haberet effectum, quæ opinio eſt uerisſima ut dixi in.d.l.centurio, & per ea quæ ibi dixi probatur ẽt concluſio iſta, & ꝙ eſt fortius, colligitur ꝙ ubi frater ſuperſtes non repudiaſſet, ſed tamen decederet non adita hæreditate, quòd hoc caſu etiam admitteretur ſubſtitutus, et frater non tranſmitteret hæreditatem primi ex potentia iuris deliberãdi per.l.cum antiquioribus.C. de iu.delib. non repeto hic quia ibi latisſime dixi.

119 Circa quartã quæſtionẽ, † an ſi pupilli decedant unus poſt alium ſubſtitutus ſuccedat ultimo tantum, uel utriq; ſunt opiniones nam Ang.Imo.Pau.Alex.& Soc.hic dicunt, ꝙ ultimo tantum. Idem dicunt Alex. & alii in.d.l. penul.Ang.Pau.& Iaſ.in.d.l.qui duos. & uidetur etiam de mente glo. in.l. ſi pater impuberes ſupra de uulgari. Pro iſta opinione allegant tex.in.d.l.qui duos.ubi. pria facie uidetur caſus ꝙ ultimo tñ ſuccedatur. adducunt ẽt rationẽ, qa dum frater ſuperſtes excludit ſubſtitutũ ſuccedit ab inteſtato fratri præmorienti ideo impoſſibile ẽ ꝙ ſubſtitutus poſſit illi primo ſuccedere ex teſtamento.

Oppoſitum, ꝙ immo cuilibet ſuccedatur ex illa pupillari, & ſubſtitutus ſit hæres utriuſq; ex teſtõ, uoluit Bart. poſt Dy.ſupra in gl.ut ibi dixi. Pro iſta opinione uidetur caſus in.d.l.pe. nam ibi dubitatio ẽ an ſubſtitutus admitti debeat ad ſucceſſionem primi filii, qui deceſſit in pupillari ætate & tex.decidit ꝙ non aliter admitti poterit ſubſtitutus q̃ ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate, cum igitur dubitatio ſit de ſubſtitutione. quoad ſucceſſionem primi, & propterea intelligi neceſſario dẽt tex ꝙ utroq; decedente in pupillari ætate, ſubſtitutus admittaẽ in ſucceſſione primi & tamen in tex.illo deceſſerunt ex ordine unus poſt alium. Secundo probatur ratione, quia dum teſtator utriq; ſubſtituit utriq; uoluit prouidere ideirco intentio eius fuit, ꝙ utriq; ſuccedatur, quando uterq; decedat in pupillari ætate & ſic uterq; habeat hæredem ex teſtamento effectus eſt maximus, ut patet ex iis quæ habentur in.l.pater filiam.§.ſi.ſupra ad. l.fal. Tertio probatur dicta opinio per tex.in.d.§ fin. & in.l.uel ſingulis ſupra de uulga. ibi enim habetur, ꝙ ita demum ultimo tñ ſuccedatur, ſi ultimo tantũ ſit facta ſubſtitutio & ideo pręſupponit ꝙ utriq; ſuccedaẽ, ſi utriq; ſit facta & iſta opinio Bar. ſemper mihi placuit, & iudicio meo eſt uera & indu-

120 bitata. † Tota difficultas eſt rñdere ad tex.in.d.l.qui duos nam ibi uidetur caſus de hoc, ꝙ ſubſtitutio facta duobus filiis pupillis ſub cõditione, ſi ambo decederent, uideẽ facta ultimo tantum & ꝙ illis decedentibus ex ordine ul-

121 timo tantum ſuccedatur. Vnde pro ſol. & declaratione intellectus.d.l.ad duos aduertendum eſt, primo ꝙ falſum ꝙ in tex.illo ſubſtitutio cenſeatur facta ultimo tantum, quinimmo in tex.expreſſe dicitur ꝙ eſt facta ẽt prĩo nõ tñ ultimo in his ꝓbis legata quoq;, quæ a ſubſtituto eius filii, qui ab inteſtato deceſſit in irritum incidunt & ideo pręſupponit ꝙ ſit ſubſtitutus primi & ſubſtitutus ſecun-

122 di & quòd rõ, quare primo non ſuccedatur, non ſit ea qa uideatur facta ultimo tñ. Secundo eſt aduertendum, ꝙ in tex.illo uidetur prima facie eſſe deciſio illius quęſtionis, de qua poſtea fuit dubitatum in.d. l.pen. nam uideẽ idem caſus, & tamen ibi aperte decidit ꝙ poſt mortem primi, non illico admittatur ſubſtitutus, ſed frater ei ab inteſtato ſuccedat, & propterea prima facie uidetur ꝙ tex.in.d.l.pen.non dicat ueritatem in eo, quod eſſet magna dubitatio apud Iureconſultos, cũ de eo eſſet caſus l.& quòd abſq; ratione dubitauerit.d.l.penul.& ꝙ faciat unam deciſionẽ nouam de eo, quòd iam erat aperte deciſum de iure ffõrum & ideo ne ſequantur tot abſurda, neceſſario dicendum eſt, quòd caſus.d.l. qui duos differat a caſu.d.l.pe.& differentia ſit in hoc, quia in.d. l.qui duos ſit hæc conditio, ſi ambo deceſſerint in.l.penul.ſit alia conditio, uidelicet ſi ambo, uel ſi uterq; deceſſerint in pupillari ætate, nam iſte duæ conditiones differunt, quia ubi dictum fuit ſi ambo deceſſerint in pupillari ętate, conditio mortis eſt reſtricta ad tempus pupillaris ętatis, proptera dicetur hæc conditio expreſſa eo modo quo tacite ineſt in pupillari ſubſtitutione, & propterea intelligetur ita ut mors primi faciat cõditionem in ſubſtitutione facta primo mors ſecundi faciat ſolum conditionem in eius ſubſtitutione prout de neceſſitate ineſt et ideo diuiditur in duas conditiones, ſeu reſoluitur in ſuas ſingulares conditiones, cum reſpiciat diuerſas ſubſtitutiones & effectus, & ut dictum fuit ſupra in articulo pupillaris ſeparatim factę. Aliud eſt in hac conditione, ſi ambo deceſſerint, uel ſi ambo mortui eſſent, nam cum non ſit conditio mortis reſtricta ad tempus pupillaris ætatis, apparet quòd non ſolum mors contingens in pupillari ætate faciat conditionem, ſed ẽt mors contingens poſt ætatem pupillarem & ꝑpterea ꝙ mors ſecundi faciat conditionẽ in ſubſtõne primi, & econtra

quia mors ſecundi, quæ contingit poſt pubertatem, non poteſt facere conditione in ſua ſubſtitutione, quia illam iam expirauerat adueniente pupertate. l. in pupillari ſupra de uulga. propterea debet omnino facere conditionem in ſubſtitutione facta primo. & ſic econtra & ob id ſequitur ꝙ ſi expreſſa alio modo quam tacite inſit, & ꝙ quælibet pars conditionis reſpiciat utranq; ſubſtitutionem & ſic eundem effectum unde ſequitur ꝙ non poteſt reſolui in ſuas ſingulares conditiones &. ut dictum fuit in euidentialibus adeo ꝙ prima ſubſtitutio intelligetur facta ſub ea conditione ſi ambo mortui eſſent & etiam ſecunda intelligetur facta ſub eadem conditione, ſi ambo mortui eſſent. Ex prædictis ſequitur quæ ſit ratio, quare in caſu. d. l. qui duos non ſuccedatur primo, nam non poſſumus dicere rationem eſſe, quia uideatur ultimo tantum facta quia hoc eſt cõtra illum text. qui expreſſe dicit ꝙ erat datus ſubſtitutus primo. non etiam poſſumus dicere rationem eſſe, quia ſit ſimul facta ſub nomine collectiuo quia dicta ratio nõ excludit, quando in utroq; fuit uerificata conditio prout eſt uerificata in. d. l. qui duos. tanto magis quia. d. l. qui duos loquitur etiam in caſu, quando ſubſtitutio eſſet ſeparatim facta ut dictum fuit ſupra neceſſario igitur dicendum eſt rationem eſſe q a deficit conditio ſubſtitutionis factæ primo & ideo deficiat ſubſtitutio facta primo & irritantur legata relicta a ſubſtituto illius primi & ſi dicatur quomodo dici poteſt, ꝙ defecerit conditio in perſona, ſeu ſubſtitutione primi, cum in tex præſupponatur, ꝙ deceſſerit in pupillari ætate.

Reſpondeo, ꝙ ſubſtitutio facta primo fuerat facta ſub illa conditione. ſi ambo mortui eſſent & ſic ſi ipſe & frater mortuus eſſet, & quia dum primus moritur, adhuc frater uiuit, propterea dicetur defecta conditio. Et ſi iterum dicatur, quare illa conditio, ſi ambo mortui eſſent, non reſoluitur in ſuas ſingularitates, maxime quia ſubſtitutio fuit facta ſeparatim, prout reſoluitur illa, ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate. Reſpondeo ꝙ ratio patet ex prædictis. Notabis igit ex illo text. ꝙ conditio facta uni ſub conditione, ſi ipſe & frater mortuus eſſet, dicetur defecta niſi frater ſit mortuus tempore quo decedit is cui facta fuit ſubſtitutio, quod facit ad plura, quæ dicentur in articulo fideicommiſſariæ, ubi etiam dicam, quæ ſit ratio huius dicti. Notabis etiam diuerſitatem inter illam conditionem, ſi ambo mortui eſſent & illam, ſi ambo, uel ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate, quæ differentia colligitur ex tex. illo iuncto tex. in. d. l. pen. & ratio differentiæ talis patet ex prędictis & ſi diceres, quare dum illa conditio, ſi ambo mortui eſſent, eſt adiecta pupillari factæ duobus non intelligitur eo modo, ſi ambo mortui eſſēt in pupillari ætate, cum ſubſtitutio finiatur pubertate. d. l. in pupillari. Reſpondetur ꝙ in ſubſtitutione facta uni ſub illa conditione, ſi ipſe mortuus eſſet, intelligitur prædicto modo quia mors eius contingens poſt pubertatē non facit conditionem in pupillari ſibi facta, ſed aliud ē in ſubſtitutione facta duobus, ſub ea conditione, ſi ambo mortui eſſent quia mors unius, quæ contingit poſt pubertatem, licet non faciat conditionem in ſubſtitutione ſibi facta facit tamen conditionem in ſubſtitutione facta alteri fratri, quæ omnia notabis.

¶ Ex prædictis infertur ꝙ ita demum ſubſtitutus in caſu quo quilibet decedit in pupillari ætate non ſuccedit primo ex teſtamento ſi ſubſtitutio ſit ſolum ultimo facta ut in d. l. uel ſingulis & in l. pater filiam. §. fin. uel ſi moriente primo, quamuis in pupillari deficiat ſubſtitutio primi per defectum cõditionis, ut in. d. l. qui duos, ſed ſi ſubſtitutio ſit facta utriq;, quia dictum fuit ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate, tunc ſemper ſuccedītur primo nõ tantū ultimo, quando ambo deceſſerint in pupillari ætate d. l. pen. & licet poſt mortem primi non illico admittatur ſubſtitutus non ideo tamen ſuperſtiti illico defertur ſucceſſio primi ab inteſtato, ſed ſtat in pēdēti donec ſuperſtes uel fiat pubes, uel decedat impubes, quia non admittitur ſubſtitutus, exquo fauore ſuperſtitis intelligit tantum una ſubſtitutio communis utriq; pupillo ſub illa conditione, quæ non dicitur extitiſſe donec dubium eſt an alius moriatur in pupillari ętate uel ne, quia ſi efficiat pubes dicetur deficere conditio in perſona utriuſq;, & neutri ſuccedet ſubſtitutus, ſed frater fiet eo caſu hæres primi, q prædeceſſiſſet ab inteſtato. ubi uero etiam alius ſuperſtes deceſſit in pupillari ætate dicetur conditio extitiſſe & propterea utriq; ſuccedetur. Interim uero dum ſtat in pendēti, an ſuperſtes decedat pubes, uel impubes neutri defertur hæreditas illius primi, quia ſtat in pendēti conditio illius ſubſtitutionis, & iſte eſt propriæ caſus d. l. pen. & eius uerus ſenſus. & hoc etiam conuenit uoluntati teſtantis, & patet ſolu. ad alia obiecta, & aduerte ꝙ ex eo, quod ſupra dixi, uidelicet ꝙ in. d. l. pen. dubitatio ſolum erat de ſubſtitutione in perſona, ſeu portione primi, infertur ꝙ ille tex. non poteſt allegari aliquo modo pro opinione Fulg. in. d. l. pen. quam refert, & ſequitur Soci. hic in uerſi. tertia concluſio, uidelicet ꝙ ſi primus deceſſit pubes ſecundus impubes, ꝙ ſubſtitutus non ſuccedet ultimo, quia tex. ille bene uult ꝙ requiratur utrunq; decederet in pupillari ętate, ad hoc ut ſubſtitutio habeat effectum in parte primi, ſed non dicetur ibi, ꝙ requiratur ad hoc ut habeat effectum ſubſtitutio in parte ultimi & ꝓpterea opinio cõis, ꝙ in caſu prædicto ſubſtitutio habeat effectum in perſona ultimi, eſt uera & indubitata ut clare apparet ex iis. quæ ſupra dicta fuerunt, ex quibus patet ſol. ad ea, quæ hic adducit Soci.

121 ¶ Circa ultimam quæſtionem † quæ ſit perſona, quæ excludat ſubſtitutum ex præſumpta mente exiſtente cõditione ſolum in perſona unius pupilli, ex prędictis habes aliquas concluſiones, prima eſt ꝙ frater ſuperſtes, cui ſit ſimul facta ſubſtitutio cum pupillo, qui prædeceſſit, excluderet ſubſtitutum, dummodo poſſit & uelit ſuccedere primo.

122 ¶ Sunt tamen aliquæ dubitationes, † prima an excludat, quando eſt ſubſtitutus alius filius teſtatoris, & in hac dubitatione ſunt opiniones, nam communis opinio eſt, ꝙ non excludatur ſubſtitutus, quã tenet Bar. hic in ſi. Ang. Rapha. Alex. hic, col. vii. Bal. Alex. & Mod. in. d. l. penul. Sed oppoſitum tenuerunt Imo. Pau. & Alex. hic colum. xiii. ſequitur Soci. hic uerſic. ſecunda concluſio. Prima opinio eſt uerior per tex. noſtrum hic, nam licet ſuperſit nepos ex primo filio, qui ſit in eodem gradu cum ſubſtituto tamen admittitur ſubſtitutus nec poteſt procedere ſol. Soci. uidelicet, ꝙ in caſu noſtro frater ſuperſtes debet excludere, quia habet maiorem præſumptionem pro ſe uidelicet quia fuit inſtitutus, quam habeat in. §. noſtro nepos ex primo filio, qui non fuit inſtitutus. quia etiam in quæſtione propoſita filius ſubſtitutus habet maiorem pſumptionē pro ſe. ſcilicet quia fuit inſtitutus, quam claudia in caſu. §. noſtri quæ ſolum fuit ſubſtituta, adeo ꝙ ſi aucta ſit præſumptio pro fratre ſuperſtite ſic etiam aucta eſt præſumptio pro fratre ſubſtituto. Accedit quia ſubſtituendo fratrem aliis duobus fratribus pupillis teſtator facit illum ſubſtitutum ſuum & neceſſarium aliis fratribus. l. ii. §. quos poſſum ſupra de uulga. l. ſi pupillus aliis iulianus ſupra de acqui. hæred. & propterea eſt ſol. ad ea, que adducit Soc. in contrarium nam non potes dicere ꝙ teſtator noluerit ſeruare equalitatem inter filios, prout regulariter præſumitur. l. cum pater. §. euictis ſupra de leg. ii. l. ſi. C communia utriuſq; iudicii. l. quæſitum. §. ſed & ipſe pupillus ſupra de fundo inſt. quia in caſu noſtro inequaliter circa filios diſpoſuit, quia unum fecit neceſſarium fratribus non autem alios. Non etiam potes dicere ꝙ uoluerit conſeruare legitimam ſucceſſionem inter filios exquo illam ſuſtulit in filio ſubſtituto, dum illum fecit neceſſarium hæredem ex teſtamento. Non ēt poteſt hoc caſu frater ſuperſtes allegare, ꝙ iſta ſubſtitu-

185.

do facta ſibi & fratri debeat intelligi una tantum cõmunis utriq; non duplex prout poteſt allegare contra ſubſtitutum extraneum,ut dictum fuit in ſuperioribus, quia nulla militat ratio propter quam præſumatur ꝙ teſtator uelit intelligi unam & non duas ſubſtitutiones nam ceſſat ratio iuris accreſcendi,& conſeruationis legitime ſucceſsionis in caſu quando eſt ſubſtitutus alius filius teſtatoris,ut dictum fuit.& requiritur ꝙ adſit altera ex prædictis rationibus,ad hoc ut intelligatur una tantum & nõ duplex dicta ſubſtitutio,ut dictum fuit ſupra circa declarationem uerborum Bar.

123 ❡ † Secunda eſt dubitatio,an ſi frater ſuperſtes primo repudiaſſet hæreditatem patris,deinde mortuo fratre,pupillo,uellet ſibi ab inteſtato ſuccedere & excludere ſubſtitutum,an poſsit. Hanc dubitationem non tangunt doct.ego credo ꝙ non excluderet ſubſtitutum. Moueor, quia decedente iſto pupillo,cui accreuit portio alterius qui repudiauit,tota hæreditas patris uacat,& ideo ratio illa,quam poteſt allegare ſuperſtes frater contra ſubſtitutum,uidelicet .§. debet intelligi una tantum ſubſtitutio communis utriq; in tota patris hæreditate , & caſu quo tota hæreditas uacet,prout in uulgari.non obſtabit ſubſtituto,quia etiam hoc caſu uacabit hæreditas patris per mortem unius pupilli,quando is qui ſupereſt, abſtinuit. Accedit quia ſicut mens teſtantis eſt dum ſubſtituit filio pupillo,ꝙ non aliter excludat ſubſtitutum, quam in caſu quo ſit hæres & efficiatur pubes l.iam hoc iure ſupra de uulga.l.quamuis.C.de impuberum , ſic etiam præſumitur uoluiſſe,ꝙ nec frater ſuperſtes,cui etiam ſimul ſubſtituit, aliter excludat ſubſtitutum,quamuis ſi ſit hęres,& efficiatur pubes,ſi igitur non ſit hæres,quia ſe abſtineat,non excludet facit quia ſi poſtquam obſtinuit ſe, extitiſſet caſus uulgaris tacite in alio fratre pupillo, non excluſiſſet ſubſtitutum,igitur non debet poſſe excludere exiſtente caſu pupillaris in alio fratre pupillo,quia præſumitur ꝙ teſtator uelit eodem modo ſubſtitutum poſſe ſuccedere ex pupillari ubi euenit caſus pupillaris,prout ex uulgari.d.l. iam hoc iure.d.l.quamuis,& ſicut uoluiſſet admitti ſubſtitutum,quando in eo qui ſupereſt eueniſſet caſus pupillaris eodem modo etiam præſumitur uoluiſſe ꝙ admittatur quando in eo,qui ſupereſt euenilſet caſus uulgaris quia prędicti caſus ad paria iudicantur.d.l.iam hoc iure cogitandum eſt tamen quia alii non tangunt.

124 ❡ Tertia eſt dubitatio † an frater ſuperſtes excludat,quãdo eſt ſolum inſtitutus in re certa doct.communiter uidentur præſupponere,ꝙ etiam hoc caſu excludat ſubſtitutum nam ſolum dubitant an excludat quando ſubſtitutus eſſet hæres uniuerſaliter inſtitutus quo caſu Ang. cõſi.ci.conſiderandum eſt, uoluit non debere excludi . Sed oppoſitum dicunt Aret.in.l. quidam teſtamento ſupra de uulga.Soci.hic uerſi.ſecunda concluſio in.iiii. limitatione & ſequitur Ripa hic. Ego uero multum miratus ſum. ꝙ in hac quæſtione doct. ſic leuiter pertranſeãt & conſidero ꝙ ſi ponimus caſum,ꝙ is pupillus qui deceſsit ſit hæres uniuerſaliter inſtitutus , & is qui ſupereſt in re certa & utriq; ſimul ſit facta ſubſtitutio,ꝙ poſt mortem illius,qui primo deceſsit,debet admitti abſq; dubio nam clarum eſt,ꝙ pupillaris in perſona eius, qui ſit hæres uniuerſalis,continebit uulgarem.l. iam hoc iure & ſi euenilſet caſus uulgaris tacite in illo pupillo , abſq; dubio fuiſſet admiſſus ſubſtitutus , quia frater inſtitutus in re certa non poſſet conſequi aliquam quotam hæreditatis ex iure accreſcẽdi,donec ſit alius hæres uniuerſaliter inſtitutus,ſeu ſubſtitutus.l.quoties & quod ibi no. C. de hæredi.inſti.Si igitur in caſu prædicto eueniẽte caſu uulgaris in altero pupillo,admiſſus fuiſſet ſubſtitutus,multomagis idem dicendum in pupillari, de cuius natura ẽ ꝙ exiſtente conditione in perſona unius ſubſtitutus admittatur,ut ſupra dictum fuit & ex hoc iuſtificari poteſt deciſio Cor.conſi.clxxvi.uiſo teſtamento lib.iii.quã hic refer Ripa ſed non firmat, uidelicet ꝙ ſi teſtator inſtituto filio nato,& poſthumo naſcituro. ſi naſcatur maſculus & ſi naſcat fœmina,inſtituta illa in rebus certis ſubſtituat eo modo,uidelicet & ſi omnes in pupillari ætate deceſſerint ſubſtituo hoſpitale,ſi contingat naſci filiam, & poſtea moriatur filius in pupillari ætate.ꝙ ſit locus ſubſtitutioni,excluſa dicta filia . Si uero ponimus caſum . ꝙ utrq; pupillus ſit in re certa, ſed diſiunctim inſtitutus , tunc quidem diceremi,ꝙ frater ſuperſtes non excluderet ſubſtitutum . Ratio quia ſicut præſumptio eſt ꝙ teſtator noluerit inter eos inducere ius accreſcendi,dum illos diſiunctim in diuerſis rebus & orationibus inſtituit.l.unica .§.his ita.C de cad.toll ſic pſumptio erit,ꝙ noluerit conſeruare ius legitimarum hæreditatum inter filios ad excluſionem ſubſtituti,quia eo modo intelligitur diſponere de bonis pupillorum prout de bonis ſuis.d.l. iã hoc iure,quod multo magis procederet tenendo ꝙ etiã hoc caſu contineretur tacita uulgaris ſub pupillari,prout ſi eſſent filii inſtituti in aliqua quota hæreditatis . nam quia ceſſat ius accreſcendi inter eos & ideo altero repudiante admiſſus fuiſſet ſubſtitutus ex tacita uulgari,eodẽ modo admitti debet ex pupillari altero decedente in pupillari ætate,per ea quæ ſupra dicta fuerunt,ſed ſi eſſent dicti filii coniunctim inſtituti in rebus certis, quo caſu clarum eſt,ꝙ ex uulgari non poſſet admitti ſubſtitutus . niſi exiſtente conditione in utroq; , quia inter eos eſſet ius accreſcendi,an idem etiam eſſet in pupillari. ita ꝙ frater ſuperſtes excluderet ſubſtitutum . Reſolutio dependet

125 ab alio articulo uidelicet . † an dicti filii cenſeri debeant inſtituti in patris hæreditate , put ſi eſſent inſtituti in aliqua quota. Nam ſi dicimus ꝙ ſic abſq; dubio frater ſuperſtes excludet ſubſtitutum quia militabunt omnes rationes per qua ſupra diximus ſubſtitutum excludi per fratrem ſuperſtitem,maxime illa,ꝙ eius fauore ſubſtitutio ſibi facta,non intelligetur pupillaris , ſed inſtitutio in patris hæreditate & ideo ꝙ ſit una & reſpiciat unum effectum,ut dictum fuit ſupra ſed ſi dicimus ꝙ dicti filii cenſeantur tanquam legatarii iuxta ea,quę habentur per doctor.in.d.l.quoties & in.l.ex facto ſupra de hæred.inſti. ita ꝙ ſubſtitutio pupillaris illis facta non poſſet trahi ad intellectum inſtitutionis prout quando ſit filio exhæredato cui aliquid ſit legatum l. ab exhęredati ſupra eo. l. qui fundum .§.qui filias & ibi Bar.ſupra ad.l.fal. dixi in l.cum filio ſupra de lega.i.i.certe nulla ratione frater ſuperſtes poſſet excludere ſubſtitutum,nam non poſſet negare quin iſta ſit ſubſtitutio pupillaris duobus facta & quæ reſpiciat diuerſos effectus per ea,quę ſupra dicta ſunt & ita iudicio meo debemus in præſenti quæſtione diſtinguere non autem prædicto modo, uidelicet an ſubſtitutus ſit uniuerſaliter inſtitutus,an non.

126 ❡ Ex prædictis apparet † ꝙ ſi frater ſuperſtes eſſet exhęredatus ꝙ non excluderet ſubſtitutum nam ſi ponimus caſum ꝙ primus filius pupillus qui deceſsit ſit inſtitutus res non habebit dubitationem,quia ſicut per uulgarem. quæ contingeret in ipſo pupillo ſubſtitutus admitteretur excluſo fratre ſuperſtite exhæredato ſic etiam per pupillarem,per ea quæ ſupra dicta ſunt. Aut ponimus ꝙ ambo filii quibus facta ſit ſubſtitutio,ſint exhęredati,& tunc credo ꝙ idem etiam eſſet dicendum. Moueor quia ſi in caſu.d.l.pen. erat ea dubitatio an ſubſtitutus admitteretur, non obſtante ꝙ filii eſſent inſtituti,inter quos teſtator uoluit conſeruare eius accreſcẽdi dum illis ſimul ſubſtituit & præſumitur a ſimili uoluiſſe ꝙ conſeruetur ius legitime ſucceſsionis & illa pupillaris ſubſtitutio fauore ſuperſtitis cenſeri poteſt una ſubſtitutio directa in patris hęreditate profecto præſupponit . ꝙ in caſu noſtro,in quo ceſſant omnes prædicte rationes, quæ faciunt cõtra ſubſtitutum,ſubſtitutus admiſſus foret,nam non poteſt colligi,ꝙ uelit conſeruare ius legitime ſucceſsionis inter filios,ex eo ꝙ conſtet ipſum uoluiſſe cõſeruare ius accre

ſcendi,cum non ſint honorati, non etiam dicta ſubſtitu
tio illi facta cenſeri poteſt directa ſubſtitutio in patris hę
reditate,ſed neceſſario dicendum eſt,ꝙ reſpiciat duas hę
reditates & quòd ideo reſoluatur in ſingularitates, nam
ſi aliud diceremus, uidelicet ꝙ ſubſtitutus excludatur ui
deretur uana dubitatio illius.l.in caſu ſuo an debeat ex
cludi,cum in fortioribus terminis & ubi maior ratio eēt
contra eum,excluderetur tamen ſubſtitutus.

751 ℭ Secunda eſt concluſio † ꝙ mater pupilli & alius fra
ter tertius,cui non eſſet facta ſubſtitutio non excludunt
ſubſtitutum exiſtente conditione in pſona unius ex duo
bus pupillis. Hanc concluſionem uolunt omnes,& eſt in
dubitata,nam ut dicebat Pau.de Caſt.in.d.l.pen.ſicut te
ſtator uoluit, ꝙ ſubſtitutus excluderet matrem, & alios
fratres utroq; decedēte in pupillari ętate præſumptio eſt
quòd uelit etiam poſſe eoſdem excludi exiſtente condi
tione in perſona unius tantum, & ſi dicatur qua ratione
frater ſuperſtes,cui facta eſt ſubſtitutio excludat ſubſtitu
tum,mater uero & alius tertius qui ſupereſſent non ex
cluderent. Reſpondetur ꝙ frater ſuperſtes poteſt allega
re patrem iccirco ſimul utriq; ſubſtituiſſe, quia noluit di
ctam ſubſtitutionem præiudicare ſucceſsioni inteſtati, ꝙ
poſſet eſſe inter eos, & quia dicta conjectura colligitur
in conſequentiam expreſsi, uidelicet quia ſubſtitutio eſt
ſimul facta,dicitur manifeſta,ut per Soc.in.l.in ambiguo
ſupra de reb. dub. propterea eſt efficax ad efficiendum
ut poſsit recedi ab illa interpretatione, quæ ſumitur ex
natura ſubſtitutionis pupillaris factæ duobus, quæ eſt ꝙ
ſufficiat conditionem exiſtere in perſona unius.l.non ali
ter ſupra de lega.iii.Bar.in.d.l. in ambiguo dum reſpon
det ad.l.aliter ſed hanc conjecturam non poteſt allega
re mater,ſeu frater tertius quia apparet teſtatorem uoluiſ
ſe ſubſtitutum prædictum ſibi præiudicare & dato ꝙ eſ
ſet aliqua conjectura,quæ poſſet ſumi ex qualitate perſo
narum, puta, matris contra quam non admittitur tacita
pupillaris.l.ſi.C.de inſti. & ſubſti.& alterius tertii fratris
quem præſumitur teſtatorem prædilexiſſe extraneo ſub
ſtituto.l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.tamen hæc con
jectura non ſufficeret in caſu noſtro,ad hoc ut poſsimus
recedere ab illa interpretatione, quæ ſumitur ex natura
pupillaris duobus facta cum non ſumatur in conſequen
tiam expreſsi & propterea non poteſt dici manifeſta, ut
per Soci.in.d.l.in ambiguo.prout requiritur.d.l.non ali
ter quinimmo,ut ſupra concluſum fuit,exiſtentia matris
ſeu fratris,quando præferuntur alteri fratri ſuperſtiti,cui
eſſet facta ſubſtitutio in ſucceſsione primi,qui deceſsit in
pupillari ætate operatur,ꝙ ſubſtitutus admittaſ,ubi alias
excluderetur,ſi ipſi non adeſſent, qa frater ſuperſtes cui
eſſet facta ſubſtitutio poſſet ab inteſtato primo ſuccede
re & excludere ſubſtitutum.

128 ℭ Tertia eſt concluſio,† ꝙ nepos ex primo filio præde
functo excludit ſubſtitutum exiſtente conditione dictæ
pupillaris in perſona ultimi tantum. Hanc concluſionē
firmat Bar.hic in ſi. ſequuntur communiter docto. nam
uolunt ꝙ in caſu tex.noſtri.ſi claudia fuiſſet extranea, ꝙ
fuiſſet excluſa per iſtum nepotem ex primo filio, per ra
tionem.d.l.cum acutiſsimi contrarium tenuit Soci.hic in
iii.conclu.uerſi.tertio limitatur poſt Imo. hic,& Fulgo.
in.d.l.pen. Prima opinio eſt uerior pro qua facit, quòd
ex quo nepos ex primo filio eſt eadem perſona cum pa
tre.l.ſi.C.de impub.§.ei uero qui.inſti.de tut. ſtip. ppea
poteſt allegare omnes rationes ad excluſionem ſubſtitu
ti,quas poſſet allegare eius pater ſi uiueret, iccirco pari
ter debet excludere.& ideo poteſt allegare,quòd ſubſti
tutio debet intelligi tanquam una directa ſubſtitutio in
patris hæreditate facta.in caſu quo tota hæreditas uacet
non autem intelligi debet teſtamentum filiorum & qđ
ideo non ſufficiat conditionem exiſtere in pſona unius
ut ſupra dictum fuit nam ſicut eius pater poteſt dicere ꝙ
dicta ſubſtitutio non debet intelligi pupillaris in eius pre

iudicium,per not.per glo.in.l.ex tribus.C.de inoffic.te
ſta. Idem debet poſſe dicere nepos ex eo,ſicut etiam poſ
ſet primus filius allegare ꝙ ſubſtitutio ſit ſimul facta ſub
conditione ſi ambo decederent in pupillari ætate, pro
pter conſeruationem legitime ſucceſsionis inter eos ca
ſu quo ambo non decederent, ſed alter tātum,ſic poteſt
allegare nepos ex eo,ꝙ etiam ſit facta propter conſerua
tionem legitime ſucceſsionis inter deſcendentes ex uno
ipſorum,& alterum filium decedentē in pupillari ætate,
quia hoc infertur ex dicta conditione ſi ambo deceſſe
rint in pupillari,nam uidetur facta quo ad ſignificationē
uerborum in caſu quo nulla ſit ſucceſsio inteſtati inter
deſcendentes ex uno,& alium filium, & ad illud, quòd
adducebatur in contrarium de text.noſtro per Imo. eſt
ſol.ex aliis,quæ ſupra dicta fuerunt in intellectu tex.& in
glo.circa contrarium.l.pen.& ex iis quæ infra dicam in
articulo fideicommiſſariæ. Ad illud quod dicebatur
de matre, uidelicet quod non excludit, ut ſupra dictum
fuit, Reſpondetur quòd eſt differentia inter matrem,
& nepotem deſcendentem ex uno filio,cui ſit facta ſub
ſtitutio, quia conjectura quæ ſumitur ex qualitate per
ſonæ matris non eſt manifeſta, nec uenit in conſequen
tiam expreſsi,ut ſupra dictum fuit, & ſubſtitutio etiam fa
cta fuit in caſu quo poteſt afferre præiudicium matri,ſed
ſecus in nepote ex primo filio nam conjectura, quam al
legat nepos eſt manifeſta,quia uenit, ſeu intelligitur ex
expreſſo,quia facta in caſu, qui ſignificatur per uerba, in
quo non poteſt ſubſtitutio afferre præiudicium nepotib.
ex altero filiorum. Ad aliud quod dicebat Fulg.ꝙ diſpo
ſitio.d.l. cum acutiſsimi,non procedit caſu quo tracte
tur de hæreditate tranſuerſalis. Reſpondetur ꝙ eſt uerū
quòd in caſu.d.l. cum acutiſsimi, non procederet dicta
conjectura ſi ageretur de hæreditate tranſuerſalis,quia il
la eo caſu non poſſet colligi ex expreſſo, nam quando
ſubſtitutio ſit filio,poſt eius mortē ſumitur præſumptio
ꝙ ſit facta poſt defectum ſuæ poſteritatis,quam putat de
fecturam in morte filii,& ideo ſubintelligitur illa condi
tio,ſi ſine filiis, non ſic quando ſubſtitutio ſit fratri poſt
eius mortem,quia nō poteſt intelligi facta in defectum
lineæ tranſuerſalis,quia per mortem fratris etiam ſine fi
liis non deficeret linea tranſuerſalis, propterea non ſub
intelligitur illa conditio ſi ſine filiis, quia illud non pōt
inferri ex expreſſo,ſed ubi ex expreſſo inferri poteſt di
cta conjectura,prout in caſu noſtro, quando ſubſtitutio
fuit facta duobus pupillis ſimul ſub conditione,ſi deceſ
ſerint in pupillari ętate, habet etiam locum deciſio.d.l.
cum acutiſsimi in fauorem nepotis ex altero filiorum,
quamuis tractetur de hæreditate trāſuerſalis, & hoc ſem
per præſupponit Bar. dum in propoſito allegat.d.l.cū
acutiſsimi. Ad ultimum quod dicebat Soci. uidelicet ꝙ
licet ſubſtitutio ſit ſimul facta,quo ad filios, quibus facta
fuit,tamen quo ad nepotes ex eis dici debet ſeparatim
facta iccirco nepotes excludi debent ꝑ ſubſtitutum exi
ſtente conditione in perſona ultimi,prout excluderetur
filius teſtatoris,quando eſſet ſeparatim facta.d.l.pater fi
liam.§.ſi.ſupra ad.l.fal.eſt, Sol.ꝙ non eſt uerum ꝙ allega
ri poſsit quo ad nepotes quod ſit ſeparatim facta,quinim
mo,cum in nepote ſit eadem ratio,quæ in filio & poſsit
allegare illaſmet rōnes,ſeu cōiecturas quas pōt allegare
filius ad excluſionem ſubſtituti, ut ſupra dixi,iccirco al
legare poteſt,quòd intelligi debet ſimul facta & ꝙ non
debet cenſeri ſeparatim facta, nec reſolui in ſuas ſingula
ritates.

ℭ Ad unum aduertendum eſt,ꝙ ſi nos præſupponere
mus ꝙ ſolum filius ſuperſtes excluderet ſubſtitutum,qa
eius fauore præſumeretur facta ultimo, ut dicebant ple
riq; & ſupra uiſum fuit tunc dicta ratio non poſſet alle
gari per nepotem ex primo filio ad excluſionem ſubſti
tuti quando uult ſuccedere ultimo filio, qui deceſsit in
pupillari ætate,ut patet propterea uidere potes, ꝙ neceſ

ſario eſt recurrendum ad aliam rationem, quam ſupra aſ
ſignaui, uidelicet, quòd dicta ſubſtitutio intelligi debeat
una directa ſubſtitutio in patris hæreditate, quæ ſit com
munis utriq; filio in caſu quo tota hæreditas patris ua
cet per mortem filiorum in pupillari ætate. & quod ideo
requiratur conditionem exiſtere in utroq;.
129 ¶ † Sed in caſu quo uterq; filius deceſſerit in pupil
lari ætate, & ſuperſit nepos ex altero ipſorum, quia mali
tia ſuppleat ætatem iuxta glo. xx. q. i. in ſumma, an exclu
datur ſubſtitutus hanc quæſtionem mouet Soc. hic poſt
Imo. & Mod. in d. l. pen. C. de impube. & concludit qđ
hic nepos excludit ſubſtitutum a portione patris ſui ſed
non a portione patrui & uult Soci. ꝙ excludat a ſucceſ
ſione patris, non quia ſubſtitutio pupillaris in perſona
patris ſui intelligatur defecta per defectum conditionis
quaſi ꝙ in dicta pupillari ſubintelligatur illa conditio, ſi
ſine filiis prout in fideicommiſſaria. l. cum auus ſupra de
condi. & demon. quia ſecundum eum iſta tacita condi
tio non poteſt ſubintelligi in directa ſubſtitutione, uerũ
intelligitur ꝙ ideo excludat, quia rumpatur ſubſtitutio
patris, tanquam ex agnatione poſthumi, ut in ſimili dici
130 tur in. l. ex facto ſupra de uulga. † Notabis hęc dicta Soc.
primo in eo ꝙ dicit, conditionem illam, ſi ſine filiis, in di
recta ſubſtitutione non ſubintelligi, Nam circa hoc eſt
magna difficultas, & de hoc tangit ipſe Soc. in d. l. cum
auus. col. vii. uerſi. circa primum, & Galeazia in. l. centu
rio. col xxx. ſupra de uulga. Ego hunc articulum exami
naui in. d. l. centurio. & ibi ſequor iſtam opinionem Soc.
hic, uidelicet quod illa tacita conditio ſi ſine filiis nõ põt
ſubintelligi in dicta ſubſtitutione per quædam fundamẽ
ta, quæ omnino concludunt propter quod ego infero
ad concordiam tex. in. d. l. centurio. cum. l. precibus. C.
de impuberum, non refero quia hic non eſt locus ſuus.
¶ Dum etiã dicit Soci. quòd utilitas eſt maxima, an ſub
ſtitutio rumpatur ex defectu conditionis quia tunc lega
ta irritantur ut in. l. qui duos ſupra de uulg. Si uero rum
patur ex agnatione poſthumi, tunc legata conſeruantur
per authen. ex cauſa. C. de lib. præte. ſecundum uarietatẽ
opinionum de quibus ibi. Aduertendum ẽ ad hæc dicta
quia primo habetis, ꝙ Soci. hic præſupponit, ꝙ in. d. l. q
duos ſubſtitutio illius primi deficiat per defectum con
ditionis, quod facit pro eo, quod ſupra dixi, circa intelle
ctum. d. l. Secundo in quantum uult ꝙ legata conſeruen
tur per authen. ex cauſa ſi rumperetur tanquam ex agna
tione poſthumi, nam in hoc male loquitur, etiam quod
præſupponeremus per. d. authent. legata conſeruari, quã
teſtamentum rumperetur agnationem poſthumi igno
ranter præteriti ſed oppoſitum uoluit Alex. in. l. in pupil
lari. in ulti. uerb. ſupra de uulga. & ratio ẽ, quia legata re
licta a ſubſtituto pupillari debentur, quia centetur relicta
in teſtamento patris. l. in ratione. §. cum in tabulis & §. ſi
filio, uerſi. ſed uerior ſupra de lega. l. ꝑpterea nepos non
debet in caſu iſto aliqua ratione teneri ad legata, cum nõ
habeat nec habere fingatur hæreditatem à patre teſtante
ex cuius teſtamento legata debentur, ſed a filio pupillo
eius patre. qđ non eſt in. d. l. authen. ex cauſa, quia poſthu
mus habet hæreditatem illius patris teſtantis, ex cuius te
ſtamento legata debentur.
131 ¶ Vltimo debes aduertere inquantum doct. præſuppo
nunt, quod ubi uterq; filius deceſſit in pupillari ætate, ꝙ
ſubſtitutus ſuccedit ei, qui deceſſit ſine filiis, non obſtan
te ꝙ ſit nepos ex primo filio pupillo, quia ſit uerificata cõ
ditio, ꝙ uterq; deceſſit in pupillari ætate, ego multum de
bito & credo ꝙ mens teſtantis ſit in oppoſitum & ex to
to excludi debeat ſubſtitutus. Moueor quia ut ſupra dice
bam fauore ſuperſtitis præſumitur ꝙ illa conditio pupil
laris facta ſub dicta conditione, ſi uterq; deceſſerit intel
ligatur una ſubſtitutio in patris hæreditate, facta in caſu
quo tota hæreditas patris uacet per mortem filiorum in
pupillari ætate, idcirco non debet ſufficere, ꝙ ſit uerifica

ta conditio quo ad uerba in perſonis, uidelicet ꝙ uterq;
decedat in pupillari ætate, niſi etiam ſit uerificata in por
tionibus uidelicet ꝙ utraq; portio uacet, caſus eſt in. l. qui
dam teſtamento proculũ ſupra de uulga. Nam ut ſupra
dicebam quia illa uerba, ſi neq; florius neq; ſoſias eſſent
hæredes erant adiecta ad denotandum caſum, quando
utraq; portio uacaret, & ideo non ſufficit ꝙ ſit uerificata
conditio in perſonis, quia neuter ſit hæres, niſi etiam ue
rificetur in portionibus, quia utraq; portio uacaret. ſic
igitur debet eſſe in. q. noſtra quoniã licet uterq; decedat
in pupillari ætate tamen non dicetur uacare utraq; por
tio, quia alter ipſorum deceſſit cum filio, circa quæ tamẽ
cogitabitis.
¶ Supereſt uidere quid in fideicommiſſaria ſubſtitutio
132 ne. † an ſi facta ſit pluribus habeat effectum in cuiuſcũq;
perſona exiſtat conditio. in quo articulo licet plura di
cant ſcrib. non tamen poteſt haberi certa reſol. ex dictis
ipſorum ex mẽte Bar. in hoc arti. ſunt duæ concluſ. prin
133 cip. Prima eſt, † ꝙ ſi ſit facta duobus uel pluribus ſepara
tim, habeat effectum in cuiuſcunq; perſona exiſtat condi
tio, ita Bar. hic, qui hanc concluſionem ponit indiſtinctẽ
in qualibet ſpecie ſubſtitutionum allegat. l. uel ſingulis
ſupra de uulg. & l. pater filiam. §. ſi ſupra ad. l. fal. quando
autem dicatur ſeparatim facta, ſatis patet ex iis, quæ dixi
mus in aliis ſubſtitutionibus.
¶ Ampliatur hoc concluſio ut procedat, quamuis ſuper
ſit perſona quæ ex pręſumpta mente excludat ſubſtitutũ
ita Barto. & omnes docto. dum hãc concluſio. caſu quo
ſeparatim ſit facta, firmant. nulla facta diſtinctione an ſup
ſit. uel non ſuperſit perſona &c. & dum debent ꝙ huiuſ
modi pſona excludit ſubſtitutũ, caſu quo ſit ſimul facta.
134 ¶ Iuxta hanc concluſ. de duob. dubitatur † primo an iſta
cõcluſio procedat caſu quo teſtator inſtituit Titio, & Se
io, filiis ſubſtituit ſeparatim hoc modo per fideicommiſ.
& ſi uterq; uel ſi ambo deceſſerint ſine filiis Titio ſubſti
tuo Caium, & Seio ſubſtituo Sempronium, nam abſq; du
bio hoc ſubſtitutio fideicommiſſaria fuit facta ſeparatim
& quilibet per ſe grauatus in diuerſa oratione, & ideo ſi
dicta concluſio procedit indiſtincte poſt mortem primi
admitti debet ſubſtitutus. In oppoſitum tamen facit, qa
interpretari poteſt hoc ſubſtitutio eo modo, ut primus
intelligatur grauatus ſub duplici conditione, uidelicet, ſi
ambo decederent. & etiam ſecundus ſub duplici condi
tione, ſi ambo decederent & ideo ꝙ poſt mortem primi
non dicatur conditio uerificata nec admitti debet ſubſti
tutus & iſta interpretatio uidet ꝙ debeat ſumi, maxime
in caſu quando ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta mẽ
te excludit ſubſtitutum & ita interpretantur pleriq; doct.
præcipue Pau. de Caſt. in. l. qui duos ſupra de uulg. Alex.
hoc & Soci. hoc col. antepe. & conſi. ccxlix. Iaſ. conſi xli.
& ſequitur Rip. hoc, quis loquantur in caſu, quo ſubſtitu
tio ſit facta duobus ſimul ſub illa cõditione, ſi ambo, uel
ſi uterq;. Difficultas igitur reducitur ad hoc interpreta
tio, ꝙ quilibet per ſe uideatur grauatus ſub ea conditio
ne ſi uterq; uel ſi ambo decederent, ſit capienda in caſu
iſto. docto. præalle. præſupponebant, ꝙ ſic. Contrarium
uoluit Imo. quem omnes referunt, quia attenta dicta in
terpretatione, nunquam poſſet habere effectum ſubſtitu
tio in portione primi, quando unus decederet poſt aliũ
quia in perſona primi diceretur defecta conditio, nam
dum decedit, ſupereſt frater, & non eſt adimpleta dicta
conditio ſi uterq; decederet. Alii uero replicabant, quod
hoc eſt falſum quia licet in morte primi non ſit uerifica
ta conditio, quia ſupereſt alius frater non tamen propte
rea dicetur defecta, ſed poteſt uerificari poſt mortem ul
timi & eo caſu ultimus teneretur reſtituere portionem
ſuam ex ſua perſona & portione primi fratris tanquam
eius hæres prout in ſimili, quando eſt facta ſubſtitutio fi
lio inſtituto ſub conditione ſi ſine filiis deceſſerit, uel ſi a
lri filiorum ſine filiis, nam nõ deficit conditio, licet filius

deccdat cum filiis uerum dicet ur ⁊ ſicata, ubi poſtea filii
filiorum decederent ſine filiis & filii filiorum tanquam
hæredes ipſorum tenerentur reſtituere, ut per Bar. & cõ
muniter doct. in. l. centurio. in ulti. q. prin. ſupra de uulg.
¶ Quid dicendum ? ego dico ꝙ nulla ratione admitti
poteſt in caſu iſto dicta interpretatio, ꝙ quilibet uideatur
per ſe, & ſingulariter grauatus reſtituere portionem ſuã
ſub illa conditione, ſi uterq; deceſſerit, ſed ꝙ omnino illa cõ
ditio dẽat diuidi in duas, ita ut qlibet uideat ſolũ grauaz
tus ſub ſĩplici cõditione, ſi deceſſerit ſine filiis. Moueor
qa opi. Imo. ẽ uera, ut delicet ꝙ conditio in pſona primi
dicetur defecta quando deceſſit ante fratrem, ſi intellige
retur grauatus ſub illa conditione, ſi ambo decederent ſi
ne filiis de hoc eſt caſus in. d. l. qui duos, ut dixi ſupra cir
ca ĩtellectum. d. l. & ultra. d. l. qui duos hęc opi. Imo. pro
batur ratione, nam dum quis grauatur ſub conditione, ſi
ambo fratres decederent ſine filiis. inſpici debet tempus
mortis grauati. quo ad hoc an exiſtat, uel deficiat dicta
conditio. l. ii. ſupra de reg. cat. l. in conditionibus in pri.
ſupra de condi. & demon. non autem iſpici debet, an exi
ſtat. uel non exiſtat conditio tempore mortis. fratris, nã
ſi inſpici deberet tempus mortis fratris, hæc conditio
in altero ipſorum eſſet ſuperflua & eluſoria, patet, nam
cum clarum ſit teſtatorem uoluiſſe ꝙ ſi altera deficiat in
mortem primi. ꝙ fideicommiſſum deficiat, ꝓpterea hoc
caſu conditio in perſona ſecundi eſſet eluſoria & ſuper
fluum eſſet præſtolari, an in perſona fratris conditio ſit
extitura, uel ne, cum iam ſit defectum fideicõmiſſum, qa
conditio deficit in perſona primi. ſi etiam demus caſum
quòd conditio exiſtat in perſona primi, , ſi etiam tunc
debemus præſtolari. an in morte fratris exiſtat, uel nõ
exiſtat conditio, certe hæc conditio in pſona primi erit
eluſoria, quia ipſa hoc caſu. quamuis exiſtat, non operat
ꝙ fideicommiſſum debeatur, ſed ſola conditio in perſo:
na fratris operabitur, ꝙ deficiat fideicõmiſſum, ſi in eius
perſona deficiat uel quod debeatur ſi in eius perſona
exiſtat, & ideo ad hoc ut conditio poſſit operari in
utraq; perſona, neceſſe eſt, quòd in utraq; eodem tempo
re operetur, ꝙ fideicommiſſum debeatur, uel quòd defi
ciat. accedit quia hæc conditio . ſi uterq; deceſſerit ſine
filiis eſt adiecta propter reuocationem fideicommiſſi, qa
exiſtentia filiorum grauati uel fratris. uel filiorum fratris
ſit cauſa cur teſtator nolit eo in caſu fideicommiſſum de
beri, ut dixi ſupra in articulo uulgaris circa intellectum
l. generaliter in prin. C. de inſti. & ſubſtit. igitur exiſtentia
alterius ipſorum in morte grauati, quo tempore cedere
debet dies fideicommiſſi debet inducere annulationem
fideicommiſſi. Non obſt. deciſio Bar. & aliorum in. d. l.
centurio. ſupra relata, quia ſolutio eſt. ꝙ caſus dicte deci
ſionis differt a caſu noſtro hic & diuerſitas eſt in duob.
Primo quia dum dictum fuit, ſi filius deceſſerit ſine filiis
uel filii filiorum ſine filiis, intelligimus, ꝙ ſit duplex fidei
commiſſum, alterum relictum ſub conditione, ſi filius de
ceſſerit ſine filiis, alterum ſub alia conditione, ſi filii filio
rum ſine filiis & ideo illud ſecundum fideicommiſſum,
uidetur delatum poſt mortem filiorum filii . & quęlibet
conditio de ſe operatur. quia exiſtentia filiorum filii fa
cit quòd deficiat primum fideicommiſſum . & defectus
filiorum filii operatur. quòd fidecommiſſum debeatur &
eadem conditio in nepotibus filii operatur quòd exiſtẽ
tiam dictorum nepotum faciat deficere aliud fideicom
miſſum. & defectus nepotum operatur. ꝙ debeatur, non
ſic eſt in caſu quæſtionis noſtre, quia illud fideicommiſ
ſum relictum a primo eſt unum tantum relictũ poſt eius
mortem, ſub dicta conditione collectiua . ſi ambo. uel ſi
omnes, & ideo requiritur quòd in utroq; exiſtat condi
tio in morte primi filii, alias diceretur deficere, ut dictum
fuit . Eſt etiam diuerſitas in alio ., quia cum ſit dictum, ſi
filii deceſſerint ſine filiis, & filii filiorum ſine filiis . illa ſe
cunda conditio in filiis filiorum non fuit adiecta ad ex
tinguendum fideicommiſſum, ſed ad inducendum fidei
commiſſum in caſu quo illa conditio deficiat in filiis in
ſtitutis, quia decedant cum filiis, & ideo operatur, quòd
eo caſu uideatur delatum fideicõmiſſum poſt mortem
filiorum filii, nam cum prima conditio, quamuis deficiat
non ſit potens ad faciendum deficere fideicommiſſum
niſi etiam contingat, quòd altera deficiat, ideo debet alte
ra conditio expectari , antequam inducatur defectus
fideicommiſſi , quod non eſt in caſu noſtro, nam ſi
conditio deficit in perſona primi . quia decedat cum
filiis , ſtatim deficit fideicommiſſum in perſona pri
mi , & non eſt opus expectare quòd frater decedat
cum filiis, ideo non poteſt cenſeri delatum poſt mortẽ
fratris, propterea neceſſe eſt, quòd in morte primi condi
tio in utroq; exiſtat, ne fideicommiſſum deficiat. uera eſt
igitur concluſio, quod ſi intelligeretur primus grauatus
ſub conditione ſi uterq; frater ſine filiis decederet, quòd
uno decedente ante alium, fideicommiſſum a primo re
lictum deficeret, ut dicebat Imo. & ideo illa conditio, ſi
uterq; in dubio debet diuidi in duas conditiones, tanq̃
quilibet uideatur grauatus ſub duplici conditione . ſi de
ceſſerint ſine filiis. Et ultra prædicta, ꝓ iſta opinione fa
cit quia niſi dicta conditio diuideretur, ſequeretur, quòd
oporteret intelligere eandem conditionem eſſe repeti
tam in utroq; fideicommiſſo, cum ſit duplex fideicom
miſſum, quod eſt inconueniens. Accedit quia mors pri
mi conuenit ad differendum fideicommiſſum relictum
poſt mortem primi. Mors ſecundi conuenit ad differen
dum fideicommiſſum relictũ poſt mortem ſecundi, ideo
eo dicetur reſpicere diuerſos effectus & propterea omni
no diuidi, & reſolui debet, in ſuas ſingularitates. d. l. falſa
§. ſi. ſupra de condi. & demonſtrat. & dictum fuit ſupra in
euidentialibus, & iſta opinio in caſu quo ſit facta ſubſti
tutio ſeparatim, quòd dicta conditio, ſi uterq;, diuidatur,
& reſoluatur in ſuas ſingularitates , & quòd propterea
admittatur in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio , non
obſtante ꝙ ſuperſit pſona q̃ ex pſumpta mente excludat
ſubſtitutum eſt de mente Bar. & aliorum dum in ſubſti
tutione facta ſeparatim non diſtinguunt, an ſuperſit , uel
non ſuperſit perſona , & an ſit adiecta conditio ſub no
mine collectiuo, uel alio modo & non habet dubitatio
nem, ut patet ex prædictis & ex iis , quæ diximus ſupra
in euidentialibus & in articulo præcedenti de pupillari.
¶ Alia eſt dubitatio.† quid ſi ſubſtitutio fideicommiſſa
135 ria ſit facta duobus filiis alternatiuæ . ſed in hac dubita
tione reſol. dependet ab hoc, an alternatiua retinebit ꝓ
priam naturam alternatiuæ. & dicetur facta ſeparatim. &
ideo in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio, admittetur
ſubſtitutio, ſed ſi præſupponimus ꝙ reſoluatur in copu
lam fauore filiorum. ut dicunt communiter docto. per. l.
generaliter in prin. C. de inſti. & ſubſti. & l. lucius ſupra
de hęredi. inſti. & l. ſi is qui ducenta. §. item ſi pater ſupra
de rebus dub. tunc diceretur ſimul facta & propterea
hoc caſu procederet iſta dubitatio, an admittatur ſubſti
tutio in cuiuſcunq; perſona exiſtat conditio de quo in
fra dicam.
¶ Secunda concluſio Barto. & communis eſt, † quod ſi
136 ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit ſimul pluribus facta ad
mittatur regulariter in cuiuſcunq; perſona exiſtat condi
tio iſta concluſio eſt uera & indubitata in caſu quo ſit fa
cta ſimpliciter puta ſi prædicti deceſſerint uel poſt mor
tem ipſorum, nam de hac concluſione ſunt caſus. ll. in. l.
lucius. §. caio infra eo. in. l. ſi. §. filium ſupra de lega. ii. ra
tio huius concluſionis patebit ex iis, quæ dicam infra in
ſequenti ampliatione.
¶ Ampliatur iſta concluſio, ut procedat quamuis dicta
ſubſtitutio ſit facta ſub conditione concepta ſub nomine
collectiuo uel cum copula puta ſi uterq; deceſſerit uel ſi
ambo deceſſerint, uel ſi omnes deceſſerint, uel poſt mor
tem utriuſq; uel amborum uel omnium & ſic de ſingulis

